
Dp 65


Dp 65


Dp 65

Beibd 3

ENCHIRIDION locorum communium aduersus Lutheranos.

Ioanne Eckio Autore.

E 16[illegible]6

Epheſi. 6.

In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poßitis omnia tela nequißimi ignea extinguere.

D. P. 65/5
1525

Tabella locorum communium.

1 De eccl'ia & eius autoritate
2 De Conalijs
3 De primatu sedis apostolicæ
4 De scripturis
5 De fide & operibus.
6 De confirmatione
7 De ordine
8 De confessione
9 De eucharistia sub utraq; specie
10 De matrimonio
11 De extrema unctione
12 De hũanis constitutionibus
13 De Festis Ieiunijs &c.
14 De ueneratiõe sanctorum
15 De imaginibus sanctorũ
16 De Missæ sacrificio
17 De uotis
18 De cælibatu clericorũ
19 De Cardina. et legatis
20 De excõmunicatiõibus
21 De bello in Thurcas
22 De immunitate & diuitijs ecclesiæ
23 De Indulgentijs
24 De purgatorio
25 De Annatis
26 De hæreticis cõburen.
27 Non disputandum cum hæretiis.

Ex libris serenissimi Regis Angliæ Henriã viij. Ioannis Roffen. Episcopi, Marœlli Corcyren. Episcopi, Ioannis Fabri Constantien. Hieronymi Emseri, Ioannis Coclæi, Ambrosij Catharini, Casparis Schatzger, Bartholomæi Vsingij, Augustini Alueldij & aliorum catholicorum.

nor. inv. Dp VI 86

IN VICTISSIMO PRINCIPI ET DOMI-
no Henrico octauo. Franciæ & Angliæ Regi, Hy-
berniæ domino, fidei Catholicæ defensori,
domino suo clementissimo. Ioannes Ec-
kius paratissima offert obsequia.

IMmortali efferuntur præconio Rex Augustissime, Christianissimi Imperatores, qui periclitanti subuenê-re, ac pacem dedere ecclesiæ. Quemadmodum dui Impe. Constantinus magnus Syluestro, Gratianus & Theodo-sius Damaso, Marcianus Leone, Phocas Gregorio magno, Carolus magnus Adriano, & nouissime Sigismũdus Mar tino. v. Rom. ecclesiæ præsidentibus, perturbatum ecclesiæ statum ad tranquillitatis portum perduxere. Supplicãt deo humilibus precibus omnes fideles ecclesiæ filij, ut in tanta omnium rerũ calamitate liberatorem ac pacificatorẽ de-stinare dignetur, qui sublatis Christianorũ principũ bellis cruentissimis, extirpatis pestiferis hæresibus, Hostis fidei nostræ Thurcarũ Cæsaris incursionis & impetus cohibe-at, Et Græcã, Asiam & Aphricã Christo & ecclesiæ re-stituat. Quod etsi Lutherani aliqui subuersi, ut impune hæ redicarentur, mallent Thurcã canem illũ, habere dominũ, quàm nobilissimum & diuũ Cæsarem Carolũ Ro. Impe. & Hispaniarum regẽ catholicum. Longe tamen alia mens est et sanior catholicis q̃ omnia bona precantur Cæsari, & ea quæ memorauimus, ab eo expectant potissimũ M.T. ope ra adiuto & consilio. Et sanè omnes nobis persuademus, nec te ecclesiæ, nec Cæsari defuturũ, cũ animũ tuum uere catholicũ, in profligenda hæresi Lutherana, eruditissimis

scriptis tuis, declarauerit: ut haud immerito pontifex & Cardineus senatus (etiam si insaniat Luther) titulum perpetuum, Catholicæ fidei defensorum, regibus Angliæ detulerint, unde tradito mihi Leonis Papæ. x. iussu, M. T. libro, adeo miris modis ad te obseruandum ac suspiciendum exarsi, ut quibusuis obsequijs tuam gratiã demereri sim paratissimus. Auxerunt huius in te obseruantiæ animum, Reuerendus pater Ioannes cleriã episcopus, & uir ille incomparabilis, Richardus Pacæus M. T. apud se. ap. oratores quem & orbi Christiano, ædita contra Lutherum apologia M. T. testatus sum: Et dum locos communes aduersus hæreticorum uesaniam ædere statuissem, & has minutias regi opt. max. dedicare non sum ueritus. Dominus Iesus saluator & redemptor noster per suam misericordiã uelit M. T. nobis incolumem conseruare, ad sanctæ & catholicæ fidei defensionem ac exaltationem.

Bene ualeat & triumphet M, T. Rex
inuictissime. Ingoldstadij Baioarie
Kalen. Februarij. M.
D. XXV.

ECCLESIA est corpus Christi, sponsa Christi, regnum cœlorũ. Paulus ad Ephesi. 1. Omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiam, quæ est corpus ipsius & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Ephesi. 1.

Ephesi. 4. Digne ambuletis uocatione qua uocati estis cum omni humilitate & mansuetudine cũ patiẽtia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatẽ spiritus in uinculo pacis. Vnũ corpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unũ baptisma, unus deus & pater omniũ, qui est super omnes. Ephesi. 4.

Canti. 6. Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ. Canti. 6.

Canti. 4. Ortus conclusus soror mea sponsa, ortus conclusus fons signatus. Canti. 4.

Ad Ephe. 5. Mulieres uiris suis subditæ sint, sicut domino: quoniã uir caput est mulieris, sicut CHRISTVS caput ecclesiæ, ipse saluator corporis eius: sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres uiris suis in omnibus. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea: ut illam sanctificaret: mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã, non habẽtem maculã aut rugã aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Ephesi. 5.

Apoca. 21. De Hierusalem. Sicut sponsam ornatã uiro suo. Apoca. 21.

1. Cor. 12. Vos aũt estis corpus Chri, & mẽbra de mẽbro. 1. Cor. 12.

Sic ergo una est ecclesia, non est foris & intus, sicut una fuit archa Noe. Ro. 12.

1. Petri. 3. quæ fuit figura unius ecclesiæ: 1. Petri. 3.

extra illã unam signatã, nemo saluatur sicut homines extra archam perierũt. Non est dicamus Christus, una est ecclesia apostolorũ & nostra: Ante Lutherum natũ erat ecclesia, quæ credidit missam sacrificium, septem sacramenta &c. illa fuit sponsa Christi. Itaq; iam maneamus cũ eadem ecclesia & non iungamur ecclesiæ malignantium. Christus quia diligit ecclesiam spõsam suã: non eam reliquit nec D. nec M. annis: etenim caput quomodo discereret suũ corpus tanto tempore. Cũ synagogã minus dilectam. ob peccata, 70. dũtaxat annis reliquerit in captiuitate corporea Babylonis: quomodo suam sponsam ecclesiam relinqueret M. annis in captiuitate errorum.

Math. 20. Math. 20. Simile est regnum cœlorũ homini patrifamilias, qui exijt primo mane cõducere operarios in uineam suam.

Math. 22. Math. 22. Simile factũ est regnum cœlorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos uocare inuitatos

Math. 25. ad nuptias. Math. 25. Tunc simile erit regnũ cœlorum decem uirginibus, quæ accipientes lampades exierunt obuiã sponso & sponsæ: quinq; autem ex eis erant fatuæ &c.

Math. 13. Math. 13. Multas similes parabolas inuenies.

¶ Si ergo regnum cœlorũ hic dicitur ecclesia, quomodo in regno illo error & falsitas regnasset. M. annis, regnum cœlorũ est regnũ ueritatis, patet deum semper exire usq; ad uesperam, ad conducendũ operarios: contra credum Lutherani neminẽ conductũ à. M. annis, nisi eorum Idolon Lutherum. Patet ecclesiam hic in uia esse collectam ex bonis & malis, quia Christus clare dicit, ibi esse uirgines prudẽtes & fatuas, pisces bonos et malos. uide Grego. in homi.

Ecclesia nõ errat. ¶ Ecclesia nõ errat, nõ modo, quia semper habet spõsum

Christum

Christum, sed etiam quia regitur magisterio spiritus sancti.
1. Tim. 3. Ecclesia dei uiui columna & firmamentū ueritatis. 1. Timo. 3.
Quomodo ergo erraret.
Iohan. 16. Adhuc multa habeo uobis dicere: sed non potestis Iohan. 16.
portare modo: cū aūt uenerit ille spiritus ueritatis: docebit uos omnē ueritatē, hic oportet post Euangeliū, Lutheranus ostendat nobis magisterium spiritus sancti hic promissum in ecclesia.
1. Iohan. 2. Et nō necesse habetis, ut aliquis doceat uos: sed 1. Iohan. 2.
sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerū est, & nō est mendaciū. Itaq; unctio sanctispūs semper docet ecclesiā.
Math. 28. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad Math. 28.
consumationem seculi dixit Christus discipulis, qui est uia ueritas & uita. Liquet ecclesiam columnā ueritatis, Christo ductore, & spiritu sancto magistro, non errare: quanto minus credibile, quod mille annis uniuersa ecclesia erraverit, ut insaniunt Lutherani.
¶ Siat ecclesia est una, ita unitas est in ecclesia. 1. Corin. 1. 1. Cor. 1.
Obsecro aūt uos fratres p nomē domini nostri Iesu Chri: ut idipsum dicatis omēs: & nō sint in uobis schismata: sitis aūt perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Lutherani noua schismata faciāt, & tā sibi quā alijs repugnāt, ut iam dissectus est Carlstadius & Egranus & Luther & Zuinglius. 1. Cor. 14. Non enim dissentionis est deus, sed 1. Cor. 14.
pacis: sicut & in omnibus ecclesijs sanctorū docco, potius itaq; uerā intelligentiā scripturæ credendum est deum inspirare concordi unitati ecclesiæ, q̄ uni priuato homini Luthero, uel Zuinglio, aut Osiandro. In oratione ad deum.
Omnipotens sempiterne deus, cuius spiritu totum corpus Collecta.

ecclesiæ sanctificatur & regitur.

Hiere. 2. Hiere.2. Duo mala feãt populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ: & foderũt sibi ãsternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas. Sic Lutherani relinquentes ueru & uiuum fontem ecclesiæ: fodiũt ãsternas dissipatas hæreticorum ViKleff Husz, Albigensiũ &c. Frustra deus misit filiũ, frustra spiritũ sanctũ, frustra apostolos, martyres, doctores confessores. Si per Lutherũ solum lux ueritatis aperienda erat: cur deus non unum misit Lutherum pro omnibus? Prælatos & pastores congregatos esse ecclesiã repræsentatiue patet. 3. Regũ. 8. Conuertitq; rex faciem suã & benedixit omni ecclesiæ Israel, omnis enim ecclesia Israel stabat. &c. eæ ecclesia Israel, & quod solum fuerit repræsentatiua liquet per imitum huius c. Tũc congregati sunt omnes maiores natu Israel cũ principibus tribuũ & ducs familiarũ filiorũ Israel ad regẽ Salomonem &c.

Obiciunt Hæretici.

1 Maior est auctoritas scripturæ, quàm ecclesiæ: nam ecclesia debet regi sc̃d'm scripturã: Verbũ enĩ domini nemini cedit.

2 Non licet ecclesiæ aut ulli homini uenire cõtra scripturã.

3 Illud nõ dicatur determinasse ecclesia, qd' Papa cũ Cardinalibus et Episcopis determinat: quia ecclesia est cõgregatio omniũ fideliũ & connexio in uera fide, ex qua uiuit iustus.

4 Ecclesia dei solũ est in spiritu, quia creditur: & ita occulta.

5 Luther dicit se esse de ecclesia, & credit apud se ecclesiã, ubi ipse sit ecclesiastes, sic Zuinglius, Carlstadius, Pillicanus, Stoplerus Hiebmair Paamontanus &c.

Diluuntur

¶ Christus non scripsit aliquem librũ, nec præcepit discipulis uel apostolis ad scribendũ: at de ecclesia multa præcepit, unde missurus apostolos ad plantandã ecclesiam, nõ dixit, Euntes scribite, sed euntes in mundũ uniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Ideo lex fuit scripta in lapideis tabulis, Euangelium in cordibus. De primo. Math. 28.

2. Cor. 3. Quoniã epistola estis Christi ministrata à nobis & scripta nõ atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed ĩ tabulis cordis carnalibus cõcordat Hiere. 31. 2. Cor. 3.

Ecclesia est antiquior scriptura, quãdo enim apostoli inceperunt prædicare, nulla erat scriptura Euangelij, nulla epistola Pauli: et tamẽ erat ecclesia Christi sanguine dedicata. 2

Sic apostoli sine scriptura noui testamenti elegerunt Mathiam, ordinarũt septem Diacones, Petrus fecit expiare Ananiam & Saphyram. Act. 1.

Cum apostoli tam diligentes fuerint in uerbo dei seminando, & tamen pauassima reperiuntur ab eis scripta: consectarium est multo plura eos docuisse, quàm scripsisse: quæ parem cum scriptis habent autoritatem. 3

Scriptura non est autentica sine autoritate ecclesiæ: scriptores enim canoniã sunt membra ecclesiæ. 4

Vnde hæretico uolenti contendere contra ecclesiæ institutã & consuetudines, obijciatur, quibus armis uelit contendere contra ecclesiã. Dicturus est canonias scripturis quatuor Euangeliorum ac Paulinis epistolis. Huic mox obijciatur, unde sciat has scripturas esse canonicas, nisi ex ecclesia: quare enim credit Euangelium Marci, qui Christum nõ uidit, 5 Achilles p catholicas

esse canonicũ, & nõ Euangeliũ Nicodemi, q uidit & audiuit Christũ, ut testatur Ioannes: Sic aut Euangelium Lucæ discipuli est receptum, & Euangelium Bartholomæi apostoli est reiectum: nisi humiliter confitearis ecclesiæ auto-
Vide regẽ ritatem cum beato Augustino, id quod Luther aliquando
Angliæ. docuit Ecclesiam posse iudicare de scripturis.
Augusti. Augustinus, Euãgelio nõ crederẽ, nisi autoritas ecclesiæ me cõpelleret, i epla fundamẽti plura iferius de scriptura uide
De scdo. 1. ¶ Scriptura docet, memento ut diem sabbati sanctifices, sex
diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo aũt
Exodi. 20. die sabbatum domini dei tui est &c. Exodi. 20. Et tamen ecclesia mutauit sabbatũ in dominicam autoritate sua, super quo nullam habes scripturam.
Math. 5. 2. Math. 5. Dixit Christus discipulis in monte. Non ueni solo-
Actu. 15. uere legem sed adimplere, & tamen ecclesia apostolorũ in primo conãlio pronũciauit audacter super æssatiõe legaliũ
Ma. 28. 3. Math. ulti. dixit Christus discipulis. Euntes ergo docte omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunq; mandaui uobis, hic Christus dedit formã baptisandi in nomine trinitatis explicite, & tamen ecclesia primitiua mutauit hãc formã baptisando in nomine Christi Iesu. Actuũ. 2. Pœnitentiam agite inquit Petrus, & baptisetur unusquisq; uestrum in nomine Iesu Christi in remissionẽ peccatorũ uestrorũ. Et actu. 19. His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu.
Act. 15. Actu. 15. Scriptura diffinit in conãlio. Visum est spiritui sancto & nobis &c. ut abstineatis uos ab immolatis symulachrorum, & sangnine, & suffocato rem tam clare diffinitam, & expressam, ecclesia sua autoritate mutauit, quid

& sanguine

& sanguine & suffocato utitur. Eæ potestas ecclesiæ super scriptura. Vide infra de constitutionibus humanis.

¶ Porro si plus uiuere uis secundum scripturas, q̃ secundũ autoritatem ecclesiæ, iam omnes Iudæi uenientes ad baptisma ad legem Moysi tenerentur: quia sic reperiet in scripturis apostolos & alios conuersos uixisse.

Actu. 21. Paulo à gentibus reuertenti, dixerunt Iacobus & seniores. Vide frater, quot millia sunt in iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te, quia discessionem docas à Moyse eorum, qui per gentes sunt Iudæorum, dicens, non debere eos circumadere filios suos, neq; secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet conuenire multitudinem, audient enim te superuenisse. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor, uotum habentes super se, his assumptis sanctificа te cũ illis, & impẽde in illis, ut radãt capita & scient oẽs, quia quæ de te audierũt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiẽs legẽ, de his aũt q̃ crediderũt ex gẽtibus, nos scripsimus, iudicantes, ut abstineãt se ab Idolis immolato, & sanguine & suffocato, & fornicatione, hic Paulus, cũ multis millibus seruauit legẽ iussu S. Iacobi: uis igitur Luthere cõuersum ex iudæis hodie, magis uiuere secundũ scripturas illas, an secundum ecclesiæ autoritatem. Act. 21.

¶ Fatemur ecclesiam esse omniũ fidelium congregationẽ, qa sunt de corpore Christi, at quãdo primates & potiores alicuius prouinciæ aliquid statuũt, tota prouintia dicitur statuisse, Sic prælati ecclesiæ dicũtur ecclesia, qa repræsentãt eam, & subditos suos. Alioquin nunquã congregari posset ecclesia, & Math. 18. Quod si nõ audierit, dic ecclesiæ, Math. 18.

quod si

quod si ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Si quis uellet dicere ecclesiæ secundũ Lutherũ, oporteret perambulare totũ orbẽ. Crisostomus exponit. Ecclesiæ præsulibus sãliçt ac præsidentibuus, patet. quia mox apostolis tanq̃ prælatis dat potestatem ligandi.

Deute.17. Deute.17. Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ esse prospexeris inter sanguinem & sanguinẽ, causam & causam, lepram & nõ leprã, & indiciũ inter portas tuas uideris uerba uariari: surge & ascende ad locũ quẽ elegerit dominus deus tuus, uenies q̃; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresq̃; ab eis, qui iudicabũt tibi iudicij ueritatem, & facies quodcunq; dixerint qui præsunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequeris q̃; sententiã eorũ, nec declinabis ad dexterã neq; ad sinistram. Qui aũt superbierit nolẽs obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malũ de Israel, ançtusq̃; populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Vide potestatem sacerdotis legalis, quanta putas potestas sit sacerdotis Euangeliã, & pœnam expende inobedientis.

Actu.15. Actu.15. Facta seditione nõ minima Paulo & Barnabæ aduersus illos statuerunt, ut ascenderẽt Paulus & Barnabas & quidã alij ex alijs ad apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac questione. Ecce quomodo impleuerũt illud Deute.17. Et quæ erat ecclesia, nõ tota congregatio: sed ascenderũt ad apl'os presbyteros, q̃ repræsentabãt ecclesiã

De quarto. Si ecclesia est occulta: quomodo Christus præcepit dicẽ-
Math.18. dũ ecclesiæ: & si ecclesiam nõ audierit &c. Math.18. Si

autem

aũt esset occulta: quid posset dici: aut quomodo audiri, Simi
liter ecclesia est corpus Christi, & Christiani mẽbra Ro.
12. 1. Cor. 10. 1. Corin. 12. Ephesi. 1. Ephe. 5. & Colo. 1.
Dicat Lutherus, an illi fuerint occulti, & solũ mathema-
tæ ecclesia quãdo dixit Corinthijs. Vos aũt estis corpus
Christi, & membra de membro. Hæreticorum est habere
criptas, speluncas & latebras, ecclesia ponit luœrnam su- Mat. 11.
per candelabrũ. Monstratur ubi ecclesia in conãlijs, in sede
apostolica, in Episcopis & præpositis singularum eccle- 2. Cor. 8.
siarum. Nam si solũ mathematica esset ecclesia, frater Pau-
li non haberet laudem per omnes ecclesias.
Quod dicit Luther, dixerũt oẽs Hæretici: Ideo Augustinus De quinto.
inuehitur contra Donatistas, qui unuersalem ecclesiã, co-
artare uolebant ad angulum paucorũ Hæreticorum.
Plura uide apud Ioannem Cocleum de auctoritate ecclesiæ, & apud Russeum.

De Concilijs.

QVia ecclesiæ auctoritas, plurimũ pollet in conãlijs, iusto ordine, iam de Conãlijs acturi sumus.
Actu. 15. Surrexerũt quidã de hæresi phariseorum, qui crediderũt dicentes, quia oportet circunãdi eos, Act. 15.
præcipue quoq; seruare legẽ Moysi. Conuenerunt q; apostoli & seniores uidere de uerbo hoc, & infra ponitur decisio. Visum est spiritui sancto & nobis nihil ultra imponere uobis oneris, quã hæc necessaria, ut abstineatis uos ab
immolatis simulachrorũ & sanguine & suffocato & forni-
catione: à quibus custodientes uos bene agetis. Ecce conãlij
apostolicã formã. Apostoli & seniores conuenerũt. Gentes
non se

non se opposuerũt apostolis, sicut modo Luther conãlijs, qua autoritate, qua scriptura id facitis? cur adimitis nobis libertatẽ à Christo datã? nam & si in deliberãdo aliquid peccauerint Amos 9. Tamẽ quo ad prohibitionẽ illorũ triũ, nihil indu xerũt: similiter in decisione nullã adduxerũt scripturã. Antiochia quoq; reapit conclusa Hierosolomis, Luther respuit cõclusa Romæ. Patet conãliũ habuisse potestatẽ statuendi aliqua esse necessaria pro illo tempore, quæ tamẽ ad fidẽ simpliciter nõ essent necessaria, aut non eadẽ potestas esset nũc in ecclesia, quãdo necessitas sæpe exigit? idẽ Christus, idẽ spiritus, eadẽ fides, aut nõ æqua conãliorũ potestas

Math.18. Math. 18. Iterũ dico uobis, quia si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est, ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum, in medio eorũ.

Nullus potest conuincã euidentius, non adijsse ecclesiã quã si conãliũ nõ audierit. Nullibi maior consensus, q̃ in cõãlio. Nullibi cõgregatur plus in noie domini, q̃ in cõãlijs generalibus. A

Actu.6, Actu. 6. Cõuocantes aũt duodecĩ multitudinẽ &c. Tollatur Conãliorũ auctoritas, & omnia in ecclesia erũt ambigua, dubia, pendentia, incerta: nam omnes mox rediburũt Hæreses, conãliorum auctoritate, damnatæ: qd'si scripturis cõtra eos pugnabis, iã secluſa auctoritate ecclesiæ, reijcient scripturã quã uolẽt: sicut modo Luther reijcit epistolã S. Iacobi, quia aduersatur sibi, sic'litr Machabeos &c. Et olim Hæretici non acceptarunt quatuor illa euangelia, Sicut Manichei reiecerunt uetus testamentum. Res miseranda profecto, Si illud Hæreticorũ esset uerũ: tunc enim occurrente aliquo dubio in fide, nõ esset uia decidẽdi illud

sed quilibet

sed qlibet iuxta prudentiã capitis sui, declinaret in illã uel aliã partẽ. Quomodo ergo Chrũs nõ suffiãẽter prouidisset ecclesiæ suæ per legẽ Euangelicã, quæ tamen debet esse perfectißima.

Augustinus ad ianua. Illa quæ nõ scripta, sed tradita custodimus, quæ quidẽ toto orbe terrarũ obseruantur, datur intelligi, uel ab ipsis apostolis uel plenarijs conãlijs (quorũ est in ecclesia saluberrima autoritas) commendata atq; statuta retineri: unde hæc, qui ita sint faciẽda, disputare, insolẽtissimi ĩsaniæ est. Lutherani ergo insolẽtes sunt & ĩsani. Augustinus.

Augustinus libro. 7. contra Donatistas assumit sanctã ecclesiam catholicã, cõtra Donatistas autoritate plenarij conãlij munitam. Et libro primo cap. 18. Plenarium conãlium existimat consensionem totius ecclesiæ. Augusti.

Maiores ecclesiæ siat sunt in conãlio repræsentãt totã ecclesiã, patet primo in Exodo sepißime, & sume exempli causa Exodo. 19. quãdo deus uoluit dare legẽ Moysi, præcepit ei. Hæc dices domui Iacob & annunãabis filijs Israel. Et tamẽ postea de Moyse dicitur. Venit Moyses: & cõuocauit maioribus natu populi exposuit oẽs sermones &c. Et licet solũ seniores populi respõderint, cũ qbus loquebatur Moyses: tamen subdit textus. Respõditq; omnis populus simul &c. q. nõ erat omnis populus nisi repræsentatiue. 1

Obiciunt Hæretici.

In conãlio sunt homines, quare fallunt sæpe & falluntur, cum omnis homo sit mendax. 2

Depressum est Conãliũ Carthaginẽse sub sancto uiro Cypriano cũ. 80. Episcopis de rebaptisandis Hæretiãs errasse sicut Conãlium Arimien. plenarium D, C, Episcoporum 3

errauit

errauit cũ Arrio. Et Ephesinũ secundũ cũ Entycete & Dioscoro. Et Constantinopolitanum sub Constantino Imp. de tollendis imagnibus.

4 Et Conalia etiã generalia unanimiter susceptа uaria determinarũt etiã in his quæ credẽda proponuntur, ut Conalium Constantien. de primatu Papæ contra Conaliũ Nicænum & Aphricanum.

Obiciunt Laici.

5 A Lutheranis male persuasi, Cũ Laycs sint de ecclesia: & nõ minus agatur de salute animarum illorum, quàm cleri. Itaq; conueniat eos interesse.

Diluuntur obiecta.

De primo. ℂ Fatemur eos qui in conalio conueniunt, esse homines: at in Conalio generali legitimo reguntur ductore spiritu sancto: qui eos falli non sinit. Nam & Paulus & Ioannes, Esaias & Dauid fuerunt homines: adhuc Paulus ad Gala. inquit: Si angelus de cœlo aliud Euangelizauerit, anathema sit. Scriptores itaq; canonicã infallibiliter scripserunt, qui fuerunt homines, Sic patres in Conalijs.

De secũdo. ℂ Conaliũ illud Carthaginen. nõ fuit plenariũ, sed particulare: ut ostẽdit Augustinus cõtra Donatistas, partialia aũt cõalia poterũt errare, et reformãtur per generalia. Augusti. li. 2. contra Donatistas. Et ipsa Conalia, quæ per singulas regiones uel prouinãs fiunt: plenariorum Conaliorũ autoritati quæ fiãt ex uniuerso orbe Christiano, sine ullis ambagibus cedere, cum experimento rerum aperitur.

De tertio. ℂ Arimiũ conaliabulũ fuit, non conaliũ, neq; legittime congregatum: imuito enim Liberio coactum fuit hæreticorum

opera.

opera.contra conãlium Nicænum Thauro præfecto pro Arrianis iussu Imperatoris precãbus & minis instante, Et simpliæs episcopi occidentales fuerunt seducti fuãs hæreticorũ, quos postea intelligentes, retractarũt concluſa Arriminí. Sic & Epheſinũ conãliabulũ in quo Hæreticus præſedit Dioſcorus, non fuit legittime congregatũ, nolentibus legatis Papæ iniquũ locũ acædere, & damnatũ fuit per Calædonen: conãlium: Sic impius Imperator Cõſtantinus repugnante pontificæ conãliabulũ Conſtantinianũ collegit, quod poſtea Nicæno conãlio ſecundo ſub Hierene imperatriæ damnatum eſt: unde & Carlſtadius Zuinglinius, Hetzman, Baldaſar Hiebmaioris ex Fridberg in hoc Luthero repugnantes damnati ſunt.

¶ Conãlia plenaria, quæ mores & regimen conærnunt ecclesiaſticũ, pro qualitate & conditione temporũ, perſonarum &c. abſq; fidei præiudicio uarie determinarũt, at conãlia generalia legittima in credendis, ſe non deſtruxerunt. Sic intelligatur Auguſtinus, priora conãlia plenaria poſterioribus emendari. Conãliũ aũt Aphricanũ & Nicænum non aduerſari Conſtanæen. uide de papatu 1. De quarto.

¶ Laÿa poſſunt intereſſe conãlijs, ut teſtes, ut defenſores, ut conſiliarij, ut ſuggeſtores, ut executores: tamen à Chriſto nato, nunquã habuerunt uocm diffinituam in conãlio. De quinto.

Actu. 15. Statuerunt ut aſcænderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad apoſtolos & preſbyteros in Hieruſalem ſuper hac quæſtione, & quæ ſequũtur. Eæ ad clerum aſcænderunt, non ad laycos, & nulla fit laycorũ mentio in eodem conãlio. Actu. 15.

In conãlio. 5. actione. 4. primipes iuſſi interrogare dixerũt.

Vt obſecundãtes uerbo ueſtro, ex præceptione ueſtra interrogabimus eos, non per poteſtatem noſtram: poteſtas enim hæc ueſtra eſt.

Baſilidus imperator de layis inquit. Quanquã nõ ſit datum iſtis ſecundũ canonẽ dicendi quicquã penitus de eccleſiaſticis cauſis: opus enim hoc pontificũ eſt & ſacerdotũ.

Sedulius. Zozomenes refert. Dũ Valentinianus per Thraciã ad Romã properaret: tunc epiſcopi Helleſponti Bithyniæ legatũ miſerũt Hypatianũ Heracliæ præſulem: quatenus dignaretur ad emendationẽ dogmatis intereſſe. Reſpondit, mihi quidem: cũ minimus de populo ſim, fas non eſt talia perſcrutari: Verũ ſacerdotes quibus hæc cura eſt, apud ſemet ipſos congregentur ubicunq; uoluerint.

Ambroſi. Ambroſius ad Valentinianũ contra Auxentiũ. Si ſcripturarũ ſeriẽ diuinarũ, uel ueterũ tempora retractemus: quis eſt qui abnuat in cauſa fidei epiſcopos ſolere de Chriſtianis Imperatoribus, non Imperatores de Epiſcopis iudicare?

Martianus Martianus Imp. in Calcidonen. conãlio ad ſynodum dixit. Nos ad conſeruandã fidem, non ad potentiã oſtendendam, exemplo glorioſiſſimi principis Conſtantini, ſynodo intereſſe uolumus: ut inuenta ueritate, non ultra multitudo prauis doctrinis attracta, diſcordet.

Et itrũ. Sunt quædã certa capitula: quæ honorũ reſpectu, ueſtræ reſeruamus ſanctitati, congruũ rati regulariter à uobis iſta, ſynodali diſponi conſilio: potiusq; noſtris legalibus

Baſil. imp. Baſilius Impe. in fine conãlij octaui: De uobis aũt ſtatui layis, tam qui in dignitatibus, q̃ abſolute cõuerſamini, quid amplius dicam nõ habeo, quàm quod nullo modo uobis liceat de eccleſiaſticis cauſis ſermonẽ mouere, neq; penitus reſiſtere

sistere integritati ecclesiæ, & uniuersali synodo aduersari. Hæc enim inuestigare & quærere patriarcharũ, pontificũ, & sacerdotũ est, qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui soluendi & ligandi potestatẽ habent, qui ecclesiasticas & cœlestes adepti sunt claues. Nõ nostrũ, qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari uel à ligamento solui egemus. Quantæcunq; enim religionis & sapientiæ laycus existat, uel etiã si uniuersa uirtute interius polleat donec laycus est, ouis uocari non desinit &c. Quæ ergo nobis ratio est in ordine ouiũ constitutis: Pastores uerborũ subtilitatẽ discutiendi, & ea quæ super nos sunt quærẽdi & ambiendi habent. Oportet nos ergo cũ timore & fide syncera hos audire, & facies eorũ uereri, cũ sint ministri domini omnipotentis, & huius formã possideãt, & nihil amplius q̃ ea quæ nostri ordinis sunt requirere. Hinc populus remittebatur à Christo ad faciendũ non ea, quæ primates, Reges, tetrarchæ aut nobiles diærent, sed quæ scribæ & pharisei sedentes super cathedra Moysi, dixerint uobis, seruate & facite. Summa itaq; est sacræ scripturæ, ecclesiæ & conciliorum. Math. 23.

Concordia.

De primatu sedis Apostol. & Petri.

QVia summa autoritas interius sit apud ecclesiam, quã cõtemplamur in conciljs, & in sede apostolica, Conuenit ut Ro. pontificis & Petri primatum firmemus breuibus.

Math. 16. Post confessionẽ Petri, Iesus dixit ei. Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Math. 16

pater meus qui in cœlis est, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petrã ædificabo ecclesiã meã, & portæ inferi nõ prævalebũt aduersus eam & tibi dabo claues regni cœlorũ, & quodcũq; ligaueris super terram erit ligatũ & in cœlis, & quodcũq; solueris super terrã, erit solutũ & i cœlis. patet quomodo signare uoluit personã sancti Petri, quia posuit nomen antiquũ Simon. Nomen nouũ Petrus, nomẽ patris Bariona, & demonstrat proprie. Tu es, & super hanc petram exponit Hieronymus id est super te, & tibi dabo claues &c.

Et per illa uerba promissum Petro primatum testantur sancti patres & super Petro ædificandam ecclesiam.

Cyprianus li. 4. epistolarũ ad Pupianũ & li. 1. ad Cornelĩ
Origenes homilia 6. super Matheum.
Hieronymus lib. 1. cõtra Pelagianos & super Matheũ. 16.
Ambrosius sermone. 47. Augusti. contra epistolã Donati.
Chrysostomus super Matheum.
Hylarius super Matheum.
Leo in sermone. 3. de anniuersario die suæ assumptionis.
Gregorius in moralibus & in regstro ad Mauriaũ Aug.
Cyrillus lib. 2. ca. 12. super Ioannem.
Conãlium Calædonense, Octauum, Nicolai Papæ. Vide nostro libro primo de primatu Petri.

Iohan. 21. *Iohan. 21. Potestatem quam promisit Christus Petro dedit post resurrectionẽ. Dixit Simoni Petro Iesus. Simon Ioannis diligis me plus ijs, dicit ei, Etiã domine, tu scis quia amo te: dicit ei, Pasce agnos meos, quod & tertio repetijt, Pasce oues meas. Hic soli Petro in præsentia aliorũ apostolorum cõmisit oues ut principi apostolorũ, nam pascere in sacris*

literis

literis significat regere, & pastores dicũtur reges Ezechl
elis.34.Esa. 44. & .56. Hiere.2. &. 22.
Datũ primatum Petro per illa uerba testantur Cyprianus
de simplicitate prælatorum.
Hieronymus in sermone de Petro ad Eustochium.
Ambrosius in sermone de pœnitentia, & de fide Petri.
Chrysostomus super Ioanne & home.50.de pœnitentia.
Augustinus in q. no. & ue. testa.q.75.
Leo in sermone de ascensione domini.
Gregorius in home.Mar.16. Et epistola ad Ciriacum.
Bernardus sermone.3. de septem panibus.
Beda in homelia.
¶Primatus Petri probatur ex multis alijs scripturis. Luc. Lucæ. 22.
æ.22.Simon ecce sathanas expetuit uos ut cribraret sicut
triticum.Ego aũt rogaui pro te, ut nõ deficiat fides tua, &
tu aliquãdo conuersus, confirma fratres tuos.Vide,pro Pe
tro rogat præ cæteris, & duo petit.Indefectibilitatẽ fidei,
& potestatem confirmandi fideles. Sic Augustinus. Chri-
sosto.Leo.Cyrillus & Beda capiunt.
Math.17.Dixit Christus Petro Vade ad mare & mitte ha Math.17.
mũ: & eũ piscem, qui primus ascenderit,tolle,& aperto
ore eius,inuenies statherẽ,illum sumens, da eis pro me &
te.patet Christum pluribus discipulis præsentibus, solũ Pe
trũ sibi æquasse in solutione tributi.Ita intelligit Hiero. Au
gust. Chryso.Origenes,Ambrosius.
Math.10. Mar.3.Luc.6. Vbi describitur apostolorum con
stitutio ab omnibus Petrus ut caput, nominatur primo, qđ
pro eius primatu expendit Hierony.Chrisosto.
Ioan.21. Solus Petrus super aquas maris ad Christũ peruce

uenit. Signũ singularis pōtificij ait Bernardus de cōsideratione ad Eugeniũ. Lucæ. 5. Etsi disāpulis alijs imperatur, ut laxent ræta, soli tamē Petro dicitur, duc in altum, pondērat sanctus Ambrosius.

¶ De sanctis patribus iā audiuimus, omnes Petro tribuere primatũ à domino primo promissum, deinde post resurrectionē exhibitũ, sup tota ecclīa. Addatur tamē prioribus Dionysius ca. 3. de diuinis nominibus.

Athanasius in epistolis ad Marcũ, Liberium, & Fœlicem in quibus abunde probat primatum Papæ.

Eusebius Cæsarien. li. 2. capi. 14. ecclesiasticæ hystoriæ.

Augusti. tracta. 56. super Ioan. lib. 2. contra Donatistas &c.

Lactantius lib. 1. Institutionum diuinarum.

Paulinus de S. Feliæ.

Anshelmus ad Vrbanum Papam.

Valentinianus, Marcianus, Phocas, Iustinianus Imperatores, sub titu. de summa trinitate & fide catholica.

Quæ omnia latissime astruximus tribus libris de primatu Petri ad Leonem, X, & multa rara inuenies in magno opere contra Luberum, Ioan. Fabri archidiacalis Consiliarij.

¶ Ratio suadet, quia fuit summus sacerdos in ueter. lege, cuius autoritas audita fuit ex cap. 17. Deutero. Et regimen monarchicũ est optimũ, & talis ordo est in ecclesia triumphante, & sicut pulchre inducit Nazianzenus, Moyses in dubijs prouidit synagogæ Deutero. 17. Cur Christus non prouidisset suæ sponsæ ecclesiæ.

Grego. lib. 21. moraliũ Omnes homines natura æquales genuit, sed ratione meritorũ ordine, alios alijs occulta dispen-

satione

sationę postposuit, ipsa uero diuersitas quæ accessit ex una, diuino dispensatur iudicio ut quoniam omnis homo iter uitæ non graditur, alter ab altero regatur.

Desiderat forte Hæreticus, ecclesiam militantem nō habere caput ministeriale, & fiat in ecclesia quod scribitur Iudicū .17. & .21. In illis diebus nō erat rex in Israel, sed unusquisq; quod sibi bonum uidebatur, sic faciebat.

Obiciunt Hæretici.

Petro nō promisit nec dedit Christus claues pro persona sua sed quia gerebat personam ecclesiæ. 1

Si super Petro homine est ædificata ecclesia, iā portæ inferorum prævaluerūt contra eum in uoce unius anillæ, & quottidie prævalent successoribus suis peccatoribus. 2

Et cum super Petra sit ecclesia ædificata, petra autē erat Christus. 1. Cor. 3. Nō poterit referri in Petrū & fundamētū aliud nemo pōt ponere, præter id qd' positum est &c. 3

Primitiua ecclesia apostolorum non fuisset ecclesia, cum Petrus .18. anno post Christum passum fuerit adhuc in Hierusalem. Vbi erat tunc Ro. ecclesia. 4

Petrus nunquam fuit Romæ. 5

Petrus est membrum ecclesiæ. 6

Quomodo Petrus esset petra cum Math. 16. dixerit Christus, Vade post me sathana. 7

Diluuntur ista contra Petrū adducta.

Fatemur cum Augustino claues datas ecclesiæ, tamē in persona Petri. 1. Claues finaliter dedit Christus Petro, ad unitatē ecclesiæ, dedit claues non uni, sed unitati. Ita Petrus gessit personam ecclesiæ, sicut imperator Germaniæ, Itaq; De primo.

artæ

ærtæ pſonæ habent claues, qã alias nullus eſſet illarũ uſus

De ſecundo Prævaluerũt portæ inferi aduerſus perſonas ſucædentes Petro, non tamen contra poteſtatẽ Petri. Hæc ſucceſſio Petri in poteſtate manſit, licet perſonæ peccarent. Petro dñt negante, nondũ eccleſia erat ſuper eum fundata, ſed fundanda, quia Chriſtus dixit. Super hanc petrã ædificabo eccleſiam meam. ſ. poſt reſurrectionem.

De tertio. Etſi Chriſtus ſit petra principalis, & fundamẽtum primariũ, tamẽ habet uicarios & ſubſtitutos, ſcandarias petræ, nã cũ dicto Pauli, q, ſolus Chriſtus ſit fundamẽtũ, ſtat dictũ Ioan. in ca. 21. Apoc. Et murus ciuitatis habẽs fundamẽta duodecim, & in ipſis duodecim nomina, duodecim apoſtolorum & agni.

De quarto. Errat Luther Petrũ tam tarde uenisſe Romã: quia fuit 5. annis in Ponto & Aſia, 7. in Antiochia, poſtea migrauit Romã, licet 18. anno. è Roma uenerit Hieruſalem ad concilĩ. Porro nihil ad rem ſiãt. Erat enim Petrus ſumus pontifex, ubicũq; erat, licet reuelante ſpiritu, ut Marcellus ſanctus martyr ait, ſedem ſibi Romæ elegerit: prius itaq; tempore fuit ſummus epiſcopus Petrus, q̃ Romanus epiſcopus.

De quinto Hoc eſt nouũ mendatiũ Vrbani Rutgers aut alterius Lutherani, Petrũ nunq̃ fuiſſe Romæ, & ante Paulũ conuertiſſe eos, de quibus loquitur Gala. 2. teſtatur Beatus Hieronymus ſuper epiſtola ad Ro. 1. Vt aliquid impartiar uobis gratiæ ſpiritualis. Ad confirmandos inquit, uos Romanos Petri prædicatione fidem tenentes &c.

Aegeſippus antiquiſſimus, qui ſub Auguſto uenit Romam, Anno domini. 60. Is ſcribit lib. 3. de exidio Hieruſalem quomodo Nero quæſierit cauſas occidẽdi apoſtolos: datoq; præcepto

præcepto ut cõprehenderentur apostoli, rogabatur Petrus ut sese alio conferret.

Dionysius Corinthiorũ episcopus existens Romæ Anno domini 150. ait Vos habentes cõmonitionem à Petro & Paulo, plantationẽ Romanæ ecclesiæ cõiunxistis: Ambo etenim aduentantes, atq; in hac urbe simul docentes, etiã martyrio pariter, uno eodemq; tempore coronati sunt.

Idem testatur quidã scriptor Gaius sub Zepherino Papa.

S. Ignatius discipulus Ioannis Euangelistæ ad Tharsenses scribit. Quid quod Petrus crucifixus est, Paulus & Iacobus gladijs obtruncati sunt, Ioannes in Pathmo relegatus est. Et ad Romanos. Non sicut Petrus & Paulus præcipio uobis: illi enim apostoli Iesu Christi: ego aũt minimus.

Hireneus Lugdun. episcopus li. 3. cap. 1. contra Hæreticos. Sic inquit, Matheus hebræis ipsorũ lingua scripturã dedit Euãgelij: quũ Petrus & Paulus Romæ euangelizarẽt, & fundarent ecclesiã. Et ca. 3. A gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo, Romæ fundatæ et cõstitutæ sunt eccl'iæ.

Tertullianus anno domini 150. uiuens, scripsit li. 4. aduersus Martionẽ, Romanis Euangeliũ, Petrus & Paulus sanguine suo signatũ reliquerũt. Et libro de præscriptiõe hæreticorum loquens de Roma subdit. Vbi Petrus passioni dominicæ adæquatur.

Eusebius Cæsariũ libro 2. hystoriarũ inquit, In ipsis Claudij temporibus, clementia diuinæ prouidentiæ, probatissimũ omniũ apostolorũ & maximũ, fidei magnificẽtia & uirtutis merito, primorẽ primapẽ Petrũ, ad urbẽ Romam deducit. Et libro de temporibus. Eodem anno ab Herode capitur, & ab angelo liberatur, & 1. Petrus natione Galileus.

leus, Christianorũ pontifex primus quũ primũ Antiochiã fundasset ecclesiam, Romã profiãsatur, ubi Euangelium prædicans uiginti quinq; annis eiusdẽ urbis episcopus perseuerat. Gaudentius Brixianus uetustißimus scriptor inquit. Hoc enim die apud urbẽ Romam ambos pro Christi nomine, Neronis crudelitas interfecit:

Hieronymus de uiris Illustribus. Simon Petrus filius Ioannis, prouinciæ Galileæ, uico Betsaida, frater Andreæ apostoli, & princeps apl'orũ post episcopatũ Antiochen. ecclesiæ, & prædicationẽ dispersionis eorũ, qui de circũcisione crediderãt in Ponto, Galatia, Capadocia, Asia, & Bithinia, secundo Claudij anno ad expugnandũ Simonem magum, Romam pergit ibi uiginti quinq; annis cathedram sacerdotalem occupauit.

Dionysius Areopagita S. Pauli discipulus idem testatur ad Timotheũ condiscipulum de transitu apostolorum.

Linus Papa proximus post Petrum scripsit orientalibus de martyrio Petri in urbe.

Ambrosius sermone. 61. inqt. Nõ sine causa factũ putemus, q. una die, uno in loco, unius Tyranni tollerauere sententiã Vna die passi sunt, ut ad Christum pariter peruenirent, Vno in loco, ne alteri Roma deesset &c. & infra. In urbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationũ, loquitur de Petro & Paulo.

Papias Hieropolitanus S. Ioannis Euangelistæ auditor, testatur Petrũ suã primã epistolã canonicã scripsisse Romæ. Testantur hoc Athanasius, Marcellus, Damasus, Leo, Beda, Bernardus, & alij innumeri.

Vide Ioannem Fabrũ in suo opere post medium.

petrum

¶ Petrum membrũ & partẽ ecclesiæ diamus, sed quod propterea non posit esse caput ministeriale, seu uicarius ueri capitis, negamus. Similiter aliud est agere priuatam personã, aliud publicã. Et si est caput, est utiq; membrum. De sexto.

¶ Non mirum Petrũ increpatũ à Christo, quod existimaret suæ confessioni contrariũ, Christũ occidendũ, quia nondum acceperat claues, nondũ erat confirmatus, nondũ uenerat super eum plenitudo spiritus. Ideo nõdum fuit petra: sed post resurrectionẽ Christus fundauit super eum ecclesiam, ut expresse testatur Hieronymus ibi super Math. Denique Chrysosto. & Hylarius nolunt nomen sathanæ pertinere ad Petrum, sed ad diabolum suggestorem huius consilij, porrò lapsus personæ, non tollit potestatem. ¶ Cum enim Luther per petram intelligat fidem: fides æque amittitur in homine, sicut gratia. Et non plus fides unius hominis q̃ alterius hominis, & ita super fide omniũ fideliũ est ædificata ecclesia. Et si omnes fideles sunt fundamentũ, quã tunc dabit ecclesiã: nisi ineptissime dicat idẽ fundari super seipso. De septimo.

Adhuc obiciunt Hæretici contra Petrum & Papam.

Petrus non in apostolos habuit potestatem, sed apostoli in ipsum, quia ipsum & Ioannẽ miserũt in Samariã, Actu 8. 1

Nec Petrus exeruit unquã primatũ illũ, sicut modo Papa non uult ullum episcopũ fieri in mundo, nisi accipiat pallium & confirmationẽ ab eo. 2

Nouit Petrus hoc prohibitũ à Christo Lu. 22. Facta contentione, quis eorũ uideretur maior, dixit eis Iesus, Reges gentiũ dominantur eorũ, & qui potestatẽ habent super eos, 3

beneficia uocantur, uos aut non sic: sed qui maior est uestrũ, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. Liquet (aiunt hæretici) reges gentium, non pontifices esse, qui dominantur.

4 Mar. 10. ubi filij Zebedei ad hanc aspirarunt potestatem, receperunt responsum, sáliæt ut cæliæm biberent, nec tamen certi ubi sessuri essent.

5 Sic superioritatem fugiendam docuit Lu. 9. & Math. 18.

6 Paulus restitit Petro ad Gala. 2.

7 Victor Papa uolens excommunicare orientales, fuit prohibitus ab Hyreneo Lugdun.

8 Aniætus æsit Policarpo episcopo Smyrneorum.

9 Orientales episcopi non obediuerũt Iulio Papæ.

10 Cõstantinus quartus Imperator cõstituit Papã esse primũ.

11 Sic tot milia Martyrũ orientalis ecclesiæ, essent damnati: similiter Cypria. Augusti. Nicolaus: quia nunquã fuit Papa Ro. super ecclesias Asiæ, Græciæ, aut Aphricæ.

12 Quando instituit Antiochenũ, Constantinopolitanũ, Alexãdrinum aut Indicum.

13 Theophilus Alexandrinus & Epiphanius deposuerunt Chrysostomum, & idem Epiphanius excommunicauit Iohannem Hierosolymitanum.

14 Concilium Nicænum testatur Episcopum Romanum gerere curam suburbanarum ecclesiarum.

15 Idem statuit Episcopus ordinari ab Episcopis prouincialibus, non à Papa:

16 Idẽ Concilij Hierosolymitano tribuit primatũ, nõ Romæ: Et Hierosolyma fuit prima, quia de Sion exibit lex.

17 Concilio Aphricano 4. Primæ sedis episcopus non appelle
tur primæps

tur principes sacerdotū, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus. & 1.

Vniuersalis aūt nec etiam Roma. ponti. appelletur.

Et Pelagius et Grego. rennuerūt nomē uniuersalis episco. 18

Primatus Papæ, pbatur ex decretis & decretalibus Roma. 19
pontificum: qui libri intra. CCCC. annos nati sunt.

Hæc fusius induximus, quod hic magis uoaderentur Hæretici contra petrā quā omnes impetuere.

Diluuntur obiecta.

Petrum exercuisse primatū, iam diæmus. at cū argutaris? De primo.
Petrus fuit missus ab apostolis ī Samariā, quare sit minor apostolis. Est forma argumentandi Arrianorū, quia pater misit filiū: Ioan. 6: & 20. & ad Gala. 4. Itaq; pater est maior filio: quia mittens maior est misso, quasi non Herodes miserit tres magos, ut adorent puerū, quia maior magis non fuit, & frequēs est, potiores mittū ex collegio, & se
Petrus exeatus est officium suū. Nolumus recen- (natu. De secundo
sere quæ Ioan. 6. Luc. 12. Math. 19. Luc. 5. Math. 14. 17. & 18. recensuerūt, sed quando in actu iam erat pontifex creatus, audiamus quid fecerit. Nam primo ordinationem Mathiæ in apostolum direxit. Exurgens Petrus in medio fratrū dixit. Viri fratres &c. Actu. 1. Secundo in die pentecostes omnes apostolos defendit: Stans Petrus cū 11. eleuatit uocem suā Actu. 2. Tertio præsente Ioanne sanauit claudū, & corā populo defendit Actu. 3. Quarto in cōcilio defendit se & Ioannē Actu. 4. Quinto in Ananiā & Saphyram sententiā mortis protulit Actu. 5. quod fuit maximum potestatis coberanæ indiciū. Sexto Simonis maledictā nun-

dinationē coherauit. Actu. 5. Septimo iussus fuit etiam gentes tanq̄ prælatus in suā potestatē susapere, quādo uidit linteū, in quo erant bestiæ & reptilia &c. Et facta est ad eū uox. Surge Petre occide & manduca. Actu. 11. Hic iussus fuit uelut caput, gentes incorporare ecclesiæ. Octauo. In concilio apostolorū fuit autor sententiæ cessationis legaliū, ut docet Hiero. ex Act. 15. Cauc itaq; Hæreticæ mentiri in S. Petrū, q. potestate diuinitus tradita non sit usus.

¶ De adiuncto falsum est, nam Patriarchæ, qualibet confirmant suos episcopos, & Thessaloniæn. confirmauit episcopos Græciæ, tanq̄ uicarius Papæ, ut liquet ex actis Leonis Papæ, Existimat hæreticus omnes episcopos habere pallia, q. falsum est, quia regulariter archiepiscopi habēt, & pauci episcopi ex priuilegio, sicut Bābergen. in Germania.

Vide in Primatu nostro lib. 3. capi. 15. De ratione Pallij ex bea. Gregorio.

De tertio. Constat Christum prohibuisse ambitionē tyrannidē, non potestatē, quia illa est à deo: & qui potestati resistit, ordinationi dei resistit, ad Ro. 11. Voluit ergo docere humilitatē præsidentis, non auferre potestatē eius, Sicut ex eo q. ipse ministrabat, & alios maiores ministrare docuit. male inferret quis, Christū nullā habuisse potestatem. Et cū Christus dixit, qui maior est uestrū, Constat, quod uoluit aliquem esse maiorem in potestate: licet conuinget ei, ut sit sic aut minor per exhibitionem ministerij.

De quarto. & quinto Similiter respondemus: nā uoluit, ut Hierony. inqt. suos ad summitatē uirtutū, nō potētia sed humilitate peruenire: nā existens in potestate, debēt se intus humiliare, ac si nō esset in potestate: ut paruuli fiāt humilitate, nō sensu ac ætate.

paulus

Paulus reprehendit Petrũ: qnia attinebat ad ædificatiõnẽ fidei, hoc est ad officiũ apostolatus, in quo 14 erant æquales: tamẽ regimine & potestate, Petrus adhuc erat prior. Nam hodie etiã sæpe contingit papã & alios superiores reprehendi ab inferiori: Imò Hæretcus Luther omnes reprehendit ecclesiasticos prælatos: qui nullius est superior. De sexto.

¶ Aniætus primus statuit pasca ælebrari dominico die, cõ firmauit primo Pius, dein Victor: & obtinuerunt: Resti tuerunt primo Orientales: quia ex usu S. Ioannis 14. luna primi mensis ælebrabãt: Policarpus ex Smyrna adijt Aniætũ (cæc Græcus ad Romanum) qui credidit ei, sacerdotali officio perfungi: nec Aniætus Polycarpo suadere poterat, inquit Eusebius in ecclesiastica hystoria. Corruptor Luther ait Aniætum æßisse Polycarpo. Orientales resistentes Victori, excommunicare uoluit: quẽ Hiereneus monuit, nõ quod nulla esset Victori in Orientales potestas: nã sanctus martyr, aut attentasset? sed pro conseruãda cõcordia Ecclesiæ & pacæ, consuluit turbationẽ nõ moueri in ecclesia. De septio & octauo

Mirũ q, Hæretcus innititur facto hæreticorũ: nam illi Orientales expulerãt Athanasium & Paulũ: qui confugẽtes ad Iuliũ papam, atatis & excõmunicatis hæretcis, fuerũt restituti. Hic ruit hæretcus, quia papa Iulius ante M.C. annos potestatẽ habuit in Oriẽtales episcopos Asiæ & Aegypti. Vide primatum nostrum. De nono. Hæretcã.

Falsum est Constantinũ quartum Primũ dedisse primatiũ Ro. pontifici: cũ antea habuerit ex Euangelio, & confirmatibus Imperatoribus Constantino, Valentiniano, Gratiano, Theodosio, Martiano, Basilio & alijs. Vnde non inconuenit iuri sedis apostolicæ, decreta etiã primatiũ aæcedere, quo De decimo

dere: quo temeritas rebellantiũ comprimatur. Errauit tamen hæreticus Constantinum 4. quicquã in ea re statuisse: sed solum remisit confirmationẽ papæ electi, quã Imperator antea, suo modo fácre solebat.

De.11. Nullus sanctorũ martyrũ subtraxit se ab obedientia Petri uel suæ sorũ ubi & quãdo oportebat. Fallitur hæreticus, q̃d si papa sit supremus, oporteat oẽs episcopos ab eo confirmari: nã sicut sacerdotes ab episcopis: ita episcopi ab archiepiscopis primatibus aut Patriarchis sufficiãt confirmari. Ita de Ambrosio, Augustino, & Nicolao sentias. Credo in Germania factũ superbia episcoporũ: quod exaussorint potestatẽ primatis Magdeburgen. Et priora liquent ex octaua synodo, ex cõcilio Nicæno et alijs uide dis. 64. decreti. Aphricæ episcopos fuisse sub Ro. Pont. patet, quod ex concilio Milenitano scripserunt ad Innocentiũ primum Papam, petentes illius confirmationem, uide in epistolis Augustini XC. & XCI.

Concilia 3. 4. Chartagnienſia autoritate Zozimi Papæ, & alia autoritate Bonifatij fuerunt cõfirmata, quoniam misit illuc Faustinũ episcopũ: illis interfuit Augustinus: Concilia sub Cypriano in Aphrica petierũt approbationẽ à Cornelio Papa li. 1. epistolarum, epistola 2. Cypriani, & lib. 3. epistola. 2.

Asiæ episcopos Aegypti & Græciæ fuisse sub Ro. pont. ita patuit, quia restitutus Athanasius, restitutus Chrysostomus, restitutus Flauianus, restitutus Appiarius in Aphrica, per Romanos pontifices,

Vide in Primatu nostro plurima.

De.12. Institutio episcopi, ut fiat immediate à Ro. pont. non est neæssarium

necessarium: tamẽ illas ecclesias fuisse subiectas Papæ, liquet ex eo, quod restituit eiectos ex his ecclesijs: Et hodie à Leone Papa 10. & Adriano 6. episcopi Asiatici æqperũt confirmationes.

Quantũ põt hæresis: nã cũ nihil solidi pro se habet, affert iniquissimũ optimi episcopi eiectionẽ. Ioan. Chrysosto: qui per Theophilum auarissimum & pessimũ Alexandrinũ, adiuuãte impia Endoxia Imperatrice, iniquiter est eiectus. Hutus sancti uiri iniuriam, hæreticus pro iure adduxit: obtinet uero q, per Innocentiũ Papam fuit restitutus, & negotiũ per Papã Alexandro Antiocheno commissum, & Impe. Archadius resistens Papæ & Chrysostomo, fuit excõmunicatus. I nunc hæreticæ, & nega episcopos Græciæ fuisse sub Ro. pontifice. De Ioanne Hierosolymitano, liquet ex B. Hierouymo, fuisse conciliũ euocatum Antiochiæ (nam sub illo patriarcha erat tunc episcopus Hierosolymitanus, & sub archiepiscopo Cæsarien.) & à synodo damnatũ Ioannem in qua plurimæ autoritatis erat Epiphanius. De. 13.

Canon Nicæni concilij 6. sic habet. Mos antiquus perduret in Aegypto, Lybia, & Pẽtapoli: & Alexandrinus episcopus horum omniũ habeat potestatẽ: quoniãquidẽ & Ro. episcopo paritis mos est. Similiter aũt apud Antiochiã & cæteras prouãias honor suus uniuiq; seruetur ecclesiæ. Liquet lectori non hic prohiberi primatũ Ro. ecclesiæ, qd' hæreticus torquet, sed quia tunc autoritas triũ ecclesiarum patriarchialiũ fuit confirmata: nã tres tantũ erãt illo tempore sedes patriarchales, Romana s. Antiochena, & Alexandrina. Imò fortius per illud conciliũ probatur primatus Ro. pont. primo, quia licet Nicæa esset in Asia: tamen De. 14.

Osius Corduben. nomine Papæ præsedit conãlio: & primus se subscripsit, nõ nomine suo uelut reliqui episcopi omnes, sed nomine Papæ. Secundo quia in conãlio Nicæno fuit statutũ, ut in causa dispositionis episcopi, posset appellari ex toto orbe ad Ro. pon. Huic innitebatur Athanasius & obtinuit. Huic Chrysosto. & obtinuit. Et quando ecclesia Aphricæ reluctãbatur Zozimo papæ in restitutione Appiarij, ærtior facta de illo Nicæno conãlio, acquieuit. I nunc hæreticæ, & insanias Nicænũ conãliũ aduersari papæ.

De. 15. ¶ De ordinatione episcoporũ, quid hæc ad primatũ, cum hodie rarissime Papa ordinet episcopũ, aut forte nunquã, sed in hunc diem, tres episcopi conuenientes ordinant & consecrant episcopum.

De. 16. ¶ Canon. 7. conãlij sic habet. Quia consuetudo obtinuit, & antiqua traditio, ut Heliæ episcopus honoretur, habeat honoris consequentiã, salua Metropoli dignitate. Hic stupidus Hæreticus nugatur primatũ tributum Hierosolymitano: cum adeo nõ tribuat ei primatũ, ut sinat illum subiectũ Metropolitano, qui erat Cæsarien. teste Hieronymo. Honorandũ ergo statuit Hierosolymitanũ antiqua traditione, sed nihil ad primatum, porrò Hierosolyma fuit prima tempore, sed non dignitate.

Conãlium Aphricanũ nihil agit de primatu, nihil de Roma: sed inter se constituerunt episcopi Aphricani, ne primates eorũ (sicut erãt Carthagin. Numidiæ, Mauritaniæ &c) glorioſos sibi uendicarent titulos, & iurisdictionẽ super alios, hoc & nihil aliud habet canon 6. conãlij 3. Aphricani: & delyrus Hæreticus cũ apud Gratianũ 99. dist. primæ sedis. legisset uerba Gradani continuatiua ad sequenta credidit

credidit, illa esse uerba conalij, & non sunt: sed de uniuersali episcopo mox dicamus.

Gregorius & Pelagius non respuerũt primatum ecclesiæ Romanæ, sed approbaucrũt, ut de primatu Petri latissime ostendimus. Sed sic negauerũt aliquem posse esse uniuersalem episcopũ, Sic quod esset aliusq; ecclesiæ propriius rector: quoniã sic, nullus alius esset episcopus, & honor episcopalis omnibus detraheretur, & in unũ solum reijceretur. Quod qa esset Hierarchiã ordinis destructiuũ: merito reprobarũt sancti patres, seruata ecclesiæ Ro. dignitate. De. 18.

Primatus Ro. ecclesiæ non solũ ex decretis pontificũ probatur, sed ex Euangelio, ex sanctis martyribus, conalijs, & doctoribus, sed errat Hæreticus: credit, non fuisse alia iura canonica, nisi post ortũ decretum. Gratiani & Decretales Gregorij noni, cũ semper in ecclesia statuta & iura: sicut olim erat Codex canonum, decretum Pathasij, decretum BurcKardi, Panormia Iuonis &c. Euanescunt itaq; omnia hæretica, ut bulla aquæ. De. 19.

Conclusio.

Sapiamus omnes autoritatem ecclesiæ in ap. se. Romana reuerentes, quoniam eam in rebus arduis fidei consulerit Hieronymus ex Asia ad Damasum, Augustinus ex Aphrica ad Innocentium, & Bonifacium, ac Cyprianus ad Cornelium, Athanasius ex Aegypto ad Marcum & Iulium, Ambrosius ex Italia &c. In Epistola. De sacra.

Laus deo.

Ex scripturis temere pugnare Hæreticos.

Præter superius dicta de ecclesia & cõalijs, hæc subijãmus. Quia Hæretici nihil uolũt recipere nisi probetur expresse per scripturas. Itaq; Lutherani nõ recipient perpetuã uirginitatem Mariæ, sicut Heluidius, contra quẽ scripsit beatus Hieronymus, quia in scripturis non probatur, sed plures scripturæ apparentur sunt pro Heluidio. Articulus in symbolo fidei. Descendit ad inferna, non expresse probatur ex scripturis, quare Luther non credet illũ articulũ, nam si quis obiecerit illud Ecclesiastici. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, dicit proteruus, penetrabit utique non loco. Id erit ei cũ multis catholicis cõmune. Si Paulum quis attulerit ad Ephe. 4. q. autẽ ascendit, quid est nisi quia & descendit primũ in inferiores partes terræ. Mox dicit apl'm loqui filiũ dei descendisse in uterũ uirginis, qui ascendit ad alta cœlorum. Partes aũt terræ sunt inferiores cœlo & elementis. Similiter symbolũ Athanasij omersion, personã in diuinis, Annam matrẽ Mariæ, diem dominicã, Lutherani non obseruabunt. Iudicio Lutheranorũ, Christus non bene probasset contra Saducæos resurrectionẽ corporũ, non enim eis adduxit clarũ textũ: sed quia dictum est Exo. 3. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, nõ est autem deus mortuorũ, sed uiuentiũ. & tamen tunc solum uiuebant secundum animas, non secundum corpora.

Ephesi. 4.

Mar. 12.

Lutherani contendant scripturas sacras esse claras. Ideo Layã, & deliræ anus eas tractant imperiose.

Cõtra dixit Petrus 2. Pet. 3. loquẽs de epistolis Pauli inqi.

In quibus

in quibus sunt quædã intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles deprauãt, sicut cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionẽ. Ecce difficultatem illarũ, & quomodo uidete Paulo fuerũt deprauatæ: sicut hodie faciũt Lutherani. Hieronymus q. 8. ad Algasiam. Omnis epistola Pauli ad Romanos nimijs obscuritatibus inuoluta est.

2. Cor. 4. Quod si etiam opertum est Euangelium nostrũ, in his qui pereunt est opertum.

Si sacra scriptura est apertissima, mirum cur sancti patres qui tam frequenter legerunt, non intellexerũt a MCC. annis, q. si Augustino, Hieronymo, Bernhardo, Thomæ, fuit obscura, quomodo Layçis Lutheranis erit aperta.

Male hæretiçi nolunt alium iudicem, quàm scripturam. In uete. testa. lex nõ fuit iudex, sed summus sacerdos Deute. 17. Si difficile & ambiguũ &c. uide supra: Et Ezech. 44. Et Catholiçi quoq; admittunt scripturam maxime, sed intellectu ab hæretiçis differimus, ideo oportet alium esse iudicem quàm scripturam.

Etiam diabolus allegauit scripturã contra Christum Angelis suis mandauit de te &c. sed uerũ intellectum non tenuit, ut induçat Hierony. contra Luciferianos, atq; scripturæ non in legendo ut imperitũ uulgus iam Lutherane hæresis sentit, sed in intelligendo consistant Hie. ibidem. Ideo Tertullianus potenter ostendit libro de præscriptionibus Hæreticorũ, eos nequaq; admittendos ad inçundam de scripturis prouocationẽ. Omnes hæretiçi confugerunt ad scripturas male ab eis intellectas, Augustinus, Arrius adduxit pro se 42. locos scripturæ. Math. 5.

Lutherani recipiũt scripturas, sicut Iudæi uetus testa. quia

instſtunt ſolũ ſenſui literali, & quæ ſunt eis contraria, ipſi torquẽt, unde ſunt Theologi attramẽtales, ſecundũ cortiẽ & ſuperfiãe. Ideo Iudaicũ eſt ex ſcripturis ĩpugnare eccle Luther in aſſertionibus diãt. Superbis & impijs (ſiam. ſcripturam ſemper eſſe maioris cæcitatis occaſionem, hoc dictum redundat in caput autoris & ſuorum ſequaciũ.

De Fide & Operibus.

Fidem non ſuffiære ſine operibus, & opera aliquid eſſe ex gratia dei acceptante, oſtenditur.

Eccle.19. Quodcunq; potest facere manus tua inſtanter operare.

Gala.6. Ergo dum tempus habemus operemur bonũ: uenit enim nox quando nemo operari potrit.

1.Cor. 3. Vnuſquiſq; mercedem accipiet ſecundum laborem ſuum.

Apo. 14. Opera illorum ſequuntur illos.

2.Petri.1. Quapropter fratres magis ſatagite, ut per bona opera ueſtra, certã uocationẽ ueſtram & electionem faciatis.

1.Cor.5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſq; propria corporis pro ut geſſit ſiue bonum, ſiue malum.

In ſym.ath Et qui bona egerunt ibunt in uitam æternam, & qui mala, in ignem æternum:

Heb. 6. Non enim iniuſtus eſt deus, ut obliuiſcatur operis ueſtri & laboris ex charitate ſuſcepti.

Roma.2. Reddet deus unicuiq; ſecundum opera eius.

ibi. Gloria & honor & pax omni operanti bonum.

ibi. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum: ſed factores legis iuſtificabuntur.

Si uis ad

Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Math. 19.

Fidem aliquam esse inanem, quia sine operibus.

Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera aũt non habeat, nunquid poterit fides saluare eũ? 1. Iacobi. 2.

Fides si non habeat opera, mortua est in seipsa. 1. Vis aũt scire ó homo inanis: quoniã fides sine operibus mortua est?

Fides est opus Ioan. 6. Quid faciemus ut operemur opera dei: Respondit Iesus, hoc est opus dei, ut credatis in eũ quem misit ille. Et Ioan. 8. Si filij Abrahæ estis, opera eius facite, sed præputium opus Abrahæ fuit fides Gene. 15. Credidit Arraham deo, & reputatum est illi in iusticiam. Eæ fides inter opera computatur.

Non sufficit credere, non sufficit, q̃ cæco liniatur oculus luto, sed oportet q̃ uadat ad natatoria Syloe. Ioan. 9.

Si habuero omnem fidem, ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. 1. Cor. 13.

Per hoc probat Augustinus 15. de trinitate, fidem non habere necessario charitatem annexam.

Obiciunt Hæretici.

Iustus ex fide uiuit. Itaq; non ex operibus. Abac. 2. & Roma. 1.

Qui credit in filium dei non condemnatur. Ioan. 3.

Creditis, qui hoc possum facere uobis, secundum fidem uestram fiat uobis. Math. 9.

Credidit Abrahã deo, & reputatũ est illi ad iusticiam. Gene. 15.

Qui uerbũ meũ audit, & credit ei q̃ misit me, habet uitam Ioan. 5.

Fides tua saluã te fecit. Opa sunt hypocritarũ. Æternam Math. 9.

Charitas est fructus fidei, quare sola fides sufficit.

Paulus ad Rom. & Galathas contendit homines iustificari per fidem, sine operibus.

Respondent

Aug. li. de fi. et opib. Hic constat uerum esse, q, Augustinus inquit, hanc hæresim (non enim noua est sed antiquissima) exortã ex uerbis

De primo. Pauli male intellectis. ¶ Fatemur iustũ ex fide uiuere, est enim fides fundamentum spiritalis ædificij, quia sperandarum rerũ substantia ad Hebreos. 11. Sed q, hæreticus assumit ex sola fide, lacerat & falsificat textum, quia nullibi dicit, Iustum ex sola fide uiuere.

De secundo Credere in deum usu scripturæ includit adherere deo per charitatem secundũ Augustinũ: Theologi iuniores appellant fidẽ formatã, liquet ex S. Paulo. In Christo Iesu neq; circũcisio quicq; ualet, neq; præputiũ, sed fides per dilectionem operans. Ecce Paulus non dicit sufficere quanquamsidem, sed quæ operetur per charitatem.

Ad Gal. 5.

De tertio. Liquet ex secundo, licet fides etiã informis poterat aliquid

Aug. de ci. dei lib. 5. temporalis cõmodi impetrare, sicut Romani uirtutibus impetrarunt tantam dignitatem secundum Augustinũ.

De quarto. Respõdet S. Iacobus. Abraham pater noster nónne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniã fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consumata est. 1. Vides quoniã ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum.

Iacobi. 2.

De quinto Dicatur sicut de secundo.

De sexto. Similiter, Quod aũt calumniãtur opera facere Hypocrysim, aut tunc Christus dixit Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est.

De septio Assumit falsum, quia charitas est fructus spiritus nõ fidei,

Ad Gal. 5. & similiter fides est fructus spiritus. Paulus ait, fructus autem

autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia &c. fides, & modestia.

De confirmatione.

Baptismum admittit Luther esse sacramentum, sed confirmationem negat. At quia in confirmatione est signum sensibile, habens infallibilem assistentiam gratiæ spiritus sancti, ideo est sacramentum.

Cum aũt audijssent apostoli, qui erant Hierosolymis: quia recæpisset Samaria uerbum dei, miserunt ad eos Petrũ & Ioannem, qui cũ uenissent, orauerũt pro ipsis, ut acæiperẽt spiritum sanctũ, nondũ enim in quenq̃ illorũ uenerat: sed baptizati tantũ erant in nomine domini Iesu, tunc imponebant manus super illos, & acæipiebant spiritũ sanctum. Actu. 8.

De Ephesijs. His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu, & cum imposuisset illis manus Paulus, uenit spiritus sanctus super eos. Eæ post baptismũ, erat signum sensibile, impositio manuũ, quo conferebatur gratia spiritus sancti, & ita erat sacramentum. Et q, soli episcopi hodie confirmant, indicat textus hic: q, Philippus diaconus non confirmauit Samaritanos, sed apostoli Petrus & Ioannes. Actu. 19.

Et non est credibile aliquod donum gratiæ, ad electorum pertinẽs consumationẽ fuisse olim in ecclesia, quod iã desit.

Dionysius Areopagita recænset illius mysteria cap. 4. ecclesiasticæ Hierarchiæ: & teleten unguenti dixit appellatam ab apostolis.

Melchiades Papa martyr, In baptismo regeneramur ad uitam, post baptismũ confirmamur ad pugnã, in baptismo abluimur, post baptismum roboramur.

Concilium Aurelian. Vt ieiuni ad confirmationē perfectæ ætatis ueniant: ut moneantur confessionem prius facere: ut mundi mereantur spiritus sancti donum accipere, & quia nūquā erit Christianus, nisi in confirmatione episcopali fuerit chrismate unctus. Cum alijs de consecrat. dist. 5.

Con. Luciferianos. Hieronymus. Episcopus si imponit manū, his imponit, qui recta fide baptizati sunt, qui in patre, & filio, & spiritu sancto, tres personas & unā substantiā crediderūt &c. Quod si hoc loco quæras, quare in ecclesia baptisatus, nisi per manus episcopi, non accipiat spiritum sanctū: Discas hāc obseruationem ex ea autoritate descendere: quod post ascensum domini, spiritus sanctus ad apostolos descēdit, & nusquam in locis idem factitatum reperimus.

De Ordinis Sacramento.

QVia negat ordinem esse sacramentū: Ex sacris literis doceatur ordo, & q, cū signo sensibili confert gratiam.

Mar. 6. Ascendens Iesus in montem uocauit ad se quos uoluit ipse, & uenerūt ad eū, & fecit ut essent duodecim cū illo & ut

Lucæ. 12. mitteret eos prædicare. Accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis dicens, hoc est corpus meū, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem.

Ioan. 20. Dixit Iesus apostolis. Sicut me misit pater, et ego mitto uos hæc cum insufflauit, & dixit eis, Accipite spiritum sanctū, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.

Actu. 13. Dixit spiritus sanctus. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus

bam in opus, quod assumpsi eos, tunc ieiunantes & orantes, imponentes q; eis manus dimiserunt illos.

Noli negligere gratiã, quæ in te est, q̃ data est tibi per prophetiã, cũ impositiõe manuũ presbyteri, in his te exerce. 1. Timo. 4.

Nemini cito manus imposueris, neq; cõmunicaueris peccatis alienis. ibi. 5.

¶ Patet duodecim fuisse apostolos, & 70. discipulos, illis episcopi, istis sacerdotes succedunt (docet Beda) Erant baptizati apostoli, at non erant sacerdotes: nisi dũ in cœna facit eos sacerdotes, dans eis potestatem consecrandi corpus Christi uerũ, & post resurrectionem absoluendi corpus Christi mysticũ, Et signũ sensibile fuit in impositione manuũ, & contulit gratiam, cur igitur à Luthero reijcitur à sacramento? Et non esse cuiuslibet è plebe officiũ. Lucæ. 10. Latina edi tio habet 72

Nec quisquã sumat sibi honorẽ, sed qui uocatur à deo, quemodum Aaron. Sed Exo. 28. legitur non quemlibet è plebe uocatum ad sacerdotiũ. Aaron inquit, Et filios eius unges, & sanctificabis eos: ut sacerdotio fungantur mihi. Hebre. 5.

Cum Datan, Chore, & Abiron usurpantes sibi sacerdotale officiũ, statim modo laya Lutherani, à terra absorpti sunt. Nume. 15.

Dionysius S. Pauli discipulus ca. 5. cœlestis hierarchiæ, prosequitur ritum apostolorũ, in consecrandis episcopis, presbyteris, & diaconis. Ignatius discipulus S. Ioannis ad Gallianos extollit dignitatẽ episcoporũ, presbyterorũ, et diaconorũ. Hoc idẽ docuit per epistolã Smirnen. Et ad Antiochenses inquit. Saluto sanctum presbyterum uestrum, cum sanctos diaconos, Saluto subdiaconos, lectores, cantores, hostiarios, laborantes, exorcistas, atq; confessores.

Eo tempore apostolorum omnes fuisse ordines.

Obiciunt Hæretici.

Omnes Christianos esse sacerdotes, & unctos ex baptismate in sacerdotes.

Vos estis genus electum, regale sacerdotium.

1.Petri.2. *Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo:*

Apo.1.et 2. *& fecit nos regnũ & sacerdotes deo & patri suo.*

In uno spiritu omnes in unum corpus baptizati sumus: &

1.Cor. 12. *omnes in uno spiritu potati sumus. Sequitur nos omnes esse æqualiter sacerdotes. Simile quid dicunt Chrysostomus & Ambrosius.*

Respondent Catholici.

¶ Ordinationes illas Lutheranas, solitas esse apud Hæreticos, docuit ante M.CCC. annis Tertullianus, faciunt enim ex sacerdotibus laycos, & sacerdotalia munera laycis iungunt. Conatur enim Luther non alios facere sacerdotes quàm Pharao, & gentiles, & sicut scriptura meminit de

3.Reg.12. Hieroboã, qui ex nouissimis de plebe instituit sacerdotes.

De primo. Liquet omnes esse fideles sacerdotes, sicut sunt reges, hoc est spiritaliter, quia deus regnat in eis per liberã charitatem, & ipse per unctionem sancti spiritus regũt uires animæ & sensus suos: at præter istos reges, etiã mendicos, sunt in ecclesia reges & præsides externi. Sic omnes fideles, quia offerunt deo, fidem, & orationes &c. sunt sacerdotes spirituales, & illud sacerdotum nõ æget cæremonijs, sed præter hoc sacerdotum internũ, est unũ externũ in ecclesia certis personis affixũ. Sume exemplũ, quilibet fidelis est templũ dei, templum dei sanctum estis uos, ait Paulus, sed præter ista templa, est templum externum certo loco

affixum

affixum, in quo fideles congregantur.

Es obturatus more Hæreticorũ, iam fatẽs omnes etiam Iudæos esse sacerdotes, eo q, Exo. 19. dicatur Iudæis. Si audieritis uocẽ meã, & custodieritis pactũ meũ, eritis mihi in peculiũ de cunctis populis, & in regnũ sacerdotale, & gens sancta, hæc ad uniuersum Israelem dicta sunt, sed reges fuerunt & sacerdotes, modo præfato.

De secundo similiter dicatur. De secundo

Torquent hoc locũ Hæretiã, nam etiã si omnes simus unũ corpus in Christo, quomodo tam stupide infert, ergo omnes sumus sacerdotes, ac si diceret ergo omnes sumus manus, aut omnes sumus pedes, cum etiã in ipsis membris sit differentia, quare cum unitate corporis, stat membrorum differentia. De tertio.

De Confessione.

Eam esse necessariam pro sacramento pœnitentiæ.

In sufflauit in eos dicens, accipite spiritum sanctũ, quorum remiseritis peccata, remittũtur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Ioan. 20.

Gemina potestas absoluendi & retinendi, qua uti deberet, nesaret sacerdos, nisi detegeret ei crimina. Ideo præmisit accipite spiritum sanctum, ac si dixisset. directione spiritus sancti confitendi peccata soluatis, aut retineatis.

Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicẽ ut saluemini. Iacobi. 5.

Multi credẽtiũ ueniebãt cõfitẽtes et annunciãtes actus suos. Act. 19.

Est quod hæc planè accipiantur de confessione, liquet quia praxis ecclesiæ optime interpretatur scripturas.

In epistol. Dionysius ad Demophylum increpat eum, quod peccatorem prodidentem sacerdoti, contra disciplinæ ordinẽ assensus abieceris, cum ille uereande fateretur se ad peccatorum remedia quærenda uenisse.

Super psal. 37. Origenes. Tantummodo circũspice diligentius cui debes confiteri peccatum tuum, proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere: qui sciat infirmari cum infirmante &c. 1. ut ita demum, si quid ille dixerit, si quid consilij dederit, facias & sequaris. 1. Si præuiderit talem esse languorem tuũ, qui in conuentu totius ecclesiæ exponi debeat & curari, ex quo fortassis & cæteri ædificari poterũt, & tu ipse facile sanari, multa hoc de libereratione, & satis perito medici illius consilio procurandum est.

Hæc omnia auricularem probant confessionem.

Basilius de institutione monachorum. Necessariũ uidetur ijs quibus dispensatio mysteriorum cõmittitur, confitenda esse peccata. ¶ Hieronymus aduersus Montanũ dicit hanc Montanorũ fuisse hæresim, ut erubescant cõfiteri peccata.

ex. 10. super Ecclesiasti. ¶ Hieronymus. Si quem serpens diabolus occulte momorderit, & nullo consẽso eum peccati ueneno infecerit, si tacuerit, qui peraussus est, & non egerit pœnitentiam, nec unus suũ fratri & magistro uoluerit confiteri, magister qui linguam habet ad curandum, facile ei prodesse nõ poterit. Si enim erubescat ægrotus, uulnus medico confiteri, quod ignorat, medicina non curat.

Obiciunt Hæretici.

1 Ioan. 20. Nihil præcipitur de confessione: sed solum sacerdotibus, ut absoluant

2 Iacob. 5. loquitur de confessione fraterna, nam non dicit confiteri

fitemini sacerdoti, sed alteri vtrum.

Adulteræ non dixit. Vade & confitere sacerdoti, sed vade & noli amplius peccare, vt de Magdalena. 3

Ambrosius inqt. Petri lachrymas lego, confessionē nō lego 4

In tripartita hystoria traditur abrogatam confessionē sub Nectario Constantinopolitano. 5

Respondent Catholici.

¶ Cum Ioan. 20. maxima illa potestas nos catur sacerdotibus tradita, magisterio spiritussancti docuit ecclesia usum illius potestatis ab ipsis apostolis. Et ut Barnardus inquit. sufficiebat ostendere infirmo mediam, qui si vult sanus fieri, inquiret mediam. De primo.

¶ Verum est S. Iacobum non cū præcisione determinasse, qui sit confitendum, quia iam Christus expresserat absoluentes peccatores, ideo sufficiebat Iacobo exprimere illud quod erat necessarium ad absolutionem s. confessionem. De secūdo

¶ Nondum erat potestas illa absoluendi in ecclesia, ideo cum confessio non esset instituta, Adultera, Magdalena, ad confessionem non tenebantur. Porro ea quæ fiebant speciali priuilegio, non sunt trahenda in consequentiam. De tertio.

¶ Similiter respondetur licet argumentum à non legitur etiam à pueris rideatur. De quarto

¶ Loquitur de confessione pœnitentiæ solennis. De quinto

Vide latius de confessione librum nostrum.

De Eucharistia sub utraq; specie.

Sufficere layis alteram speciem ostenditur.

Hic est panis, qui de cœlo descendit, ut si quis manducauerit ex eo, non moriatur. Ioan. 6.

Panis

Panis uerus est, qui de cœlo descendit: & dat uitam mundo: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita.

Lucæ.24. Euntibus discipulis duobus in Emaus, sub sola specie panis dedit eis Christus sacramentum, secundū Augu. li.3. de consensu Euangelistarum, & Chrisosto. super Matheum.

Math.6. Panē nostrū supersubstātialē da nobis hodie, oramus quotidie

Actu.2. Erant perseuerantes in doctrina apostolorū & cōmunicatione fractionis panis, & orationibus.

ad Heb.5. Pascha nostrum immolatus est Christus: itaq; epulemur in azimis synceritatis & ueritatis.

Patet quod ubiq; solum fit mentio panis, nulla uini.

Ambro. Hiero. Eusebi. Benedi. morituri communicauerunt solū sub specie panis. Et feria sexta sancta, sacerdotes communicant solū sub specie panis: in cuius figuram dominus prædixit de posteris Hely, ut quicunq; uenerit ad sacerdotem, ei dicat. dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.

1.Regū.2.

1.Cor.10. Vnus panis, unū corpus, multi sumus omnes qui ex eodē pane participamus. Et ita constituit sacra Constantien. synodus. Ambrosius loquens de communione laycorum libro de sacramentis non meminit nisi panis.

Ignatius in epistola ad Ephe. inquit, Obedientes episcopo, & præsbytero in præuaricabili sensu, frangentes panem, qui est medicamentum immortalitatis, antidotū non moriendi, sed uiuendi. Cap.3.

Eæ non meminit uini.

Grego. li. 3. dialog. refert de S. Agapito, quomodo mutū & claudum porrectione dominici corporis sanauit, nulla

De cōse. di. habita uini mentione.

Conalitū

Conãliũ Remense prohibet, ne Layà portent sacramentũ corporis ad infirmos, nulla sit mentio specierum uini. ij. c. peruenit. ca. pre
Sic præcipitur de Eucharistia panis, ut sacerdos semper habeat paratam, de uino nihil præcipitur. Et est conãlij Guarmacien. sby.
In conãlio Sardicen. Osuis prohibet quibuscũ temerarijs, ut nec laycam communionẽ peràpiant, nisi pœnitent in fine: & quæ est layca cõmunio, nisi Eucharistiæ sub specie panis sumptio. ca.1. de ele. & elect. pot.
Simile constituitur in Conãlio Agathensi, de sacerdote criminoso, qui trusus in monasterium laycam tantum sumat communionem. 1. dis. si epi scopus.

Obiciunt Hæretici.

Christus instituit sub utraq; specie: & communicauit apostolos sub utraq; specie, & mandatum dedit omnibus, dicens, bibite ex eo omnes. In primitiua ecclesia cõmunicabãt sub utraq; specie, sicut ꝓbatur per Cypriani tractatu de lapsis, ubi diaconus sacramentũ calicis puellæ infudit. Lucæ. 22.
Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Ioan. 6.
Sacramentum totum debet dari layis: alioquin qua ratione priuati sunt iam layà caliæ: eadem ratione ecclesia posset eos ab Eucharistia coherære.
Omnes fatẽtur sacerdotẽ sub pœna peccati debere cõmunicare sub utraq; specie, & aut nõ peccant layà omittentes.

Respondent Catholici.

¶ Christum consecrantẽ instituisse sacramentũ sub utraq; specie, & dedisse apostolis sub utraq; specie, qui iam erant De primo.

sacerdotes, ideo hodie sacerdos celebrãs sumit sub utraq; specie, sed quid hæc ad laycos: Et bibite omnes, est dictum apostolis & sacerdotibus, qui hoc facãt .i. consecrant in Christi commemorationem, nam alij non interfuerunt nisi apostoli ut ex Euangelio liquet.

De secundo ¶ Fatemur hunc usum fuisse in primitiua ecclesia, nec tamen uniuersalis fuit usus ut patet ex Actu. 2. at ab ecclesia mutatũ Primo quia pensata multitudine populi, ubi sunt Senes, Iuuenes, Debiles, si non adhiberent debitam cautionẽ fieret iniuria sacramento, per effusionem liquidi. Secundo In tanta multitudine, quo uase cõmode contineretur sacramentum uini, & sine effusione promeretur. Tertio. Non facile sacramentũ uini conseruari posset pro infirmis, quia acescat, putrescat, mouens nauseam uel uomitũ sumentibus. Quarto sine periculo effusionis non facile posset deferri de loco in locum pro infirmis. Quinto Cõtingeret alioquin sacramento dignissimo, summã fieri irreuerentiam. Sexto. Rem miraculis testatam refert Alexander de Ales, q. cum religiosi instaret pro sumptione sub utraq; specie, dum sacerdos esset in actione sacramenti, apparuit patena plena sanguine, q. uidentes religiosi obstupuerũt, quo signo petitio eorum cessauit. Porro credendum est à primitiua ecclesia inœpisse laycos cõmunicare sub altera specie: & quod sit unum, quod ueniat ex traditione apostolorum, quia initium huius monstrare nemo potest.

De tertio. ¶ Quia manducatio sacramentalis exigit spiritalem, uerba quæ ego loquutus sum, spiritus & uita sunt. Ioan. 6. unde sub qualibet specie est totus Christus, corpore & sanguine: Ideo laycos sub specie panis, bibit etiam sanguinem, sed non sub

nõ sub specie propria, sed sub specie panis. Porrò Christus solum agit de incorporatione nostra in ipsum, quod cõmunio corporis satis indicat, ideo ad hoc sacramentum hic oculus non est habendus.

¶ Quod ex causa ecclesia non dat alteram speciem: potuit ecclesia, quia non minus est sub una specie, quã duabus, & tantum fructũ percipit de una specie sicut de alia: at ecclesiæ fideles non debet spoliare fructu sacramenti. De quarto

¶ Consecrans utrãq; speciem consecrat: quia agitur repræsentatio dominicæ passionis: ideo corpus & sanguis simul sub utraq; specie consecrantur. Ideo sacerdos in persona totius populi offert & sumit sub utraq; specie: in cuius persona totus populus quadam spirituali sumptione se sangninẽ Christi bibere, gaudenter debet credere. De quinto

De Matrimonio.

Matrimonium esse sacramentum ostenditur.

Mulieres utris suis subditæ sint, sicut domino: quoniam uir est caput mulieris, sicut Christus est caput ecclesiæ, ipse salvator corporis sui: 1. propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una, sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia. Ephes. 5.

Hic aperte pronunciat sacramentum, quia coniunctionem uiri & uxoris, & ostendit, cuius rei sacræ sit signũ, quia Christi & ecclesiæ, Et ne credas solum per similitudinem adductum, ostendit uerum esse sacramentum à primo prophetæ prænunciatum.

Honorabile connubiũ in omnibus, thorus immaculatus. ad Heb. 13.

1. Timo. 2. Macula non careret, si non esset gratia.
Saluabitur autem per filiorū generationem, si manserit in in fide & dilectione.

1. Cor. 7. Sine gratia generare filios esset plus dānatio, quā saluatio.
Si quis frater uxorē habet infidelē, & hæc consentit habitare cū illo, nō dimittat illā, & si qua mulier fidelis uirū habeat infidelem, & hic consentit habitare cū illa, non dimittat illū, sanctificatus est enī uir infidelis per mulierē fidelem, alioquin filij uestri immundi essent, nūc aūt sancti.

Gene. 2. Probabile est benedictionem quā dedit deus Adæ & Euæ, non fuisse sine gratia. Augustinus. Non tantum fœcunditas, cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cuius uinculum est fides, uerum etiam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus.

Obiicit Hæreticus.

1 Ad Ephesi. 5. Vbi apostolus dicit matrimonium sacramentum, in græco legitur mysterium.

2 Nec dicit absolute Matrimonium esse sacramētum magnū, sed in Christo & ecclesia.

Respondet Christianus.

De primo. Fatemur Matrimonium esse mysterium, sed qua temeritate infert, Itaq; non est sacramentū, cum omnia sacramēta sint mysteria, & Græci appellāt sacramenta, in cōmuni mysteria & ecclesia: at per hoc non poterit probare hæreticus, ut sic minus sit sacramentum, nā hic explicat apostolus, quomodo sit rei sacræ signum, non solum gratiæ, sed etiam unionis Christi ecclesiæ.

De secūdo Matrimonium est magnum sacramentum in Christo (ri

De extremo

De extrema Vnctione.

Vnctio extrema sacramentum est in ecclesia dei. à S. Iacob. promulgatum. Infirmatur quis in uobis: inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit remittentur ei. Iacobi.5.

Marc.6. Apostoli ungebant oleo multos ægros & sanabantur. Hic est materia s. unctio olei, forma, quia cum oratione, & effectus s. remissionis peccatorũ, Est ergo sacramentũ, quia signum sensibile sacræ rei signum. Nam ad quid aliud fieret unctio.

Dionysius determinat eam cap. 7. de ecclesiastica Hierarchia, & Hugo de S. Victore.

S. Augustinus li. 2. de uisitatione infirmorum docet infirmum debere confiteri, cõmunicare, & unctionẽ sumere, ait enim. Nec prætermittendũ est illud apostoli Iacobi præceptum. Infirmatur quis in uobis &c. Ergo sic roges de te & pro te fieri, sicut dixit apostolus Iacobus, Immo per apostolum suũ dominus. Ipsa uidelicet olei sacrati delibutio intelligitur spiritus sancti typica unctio.

Augustinus de rectitudine catholicæ conuersatiõis D. Qui ægrotat in sola dei misericordia confidat, & Eucharistiã cum fide & deuotior e accipiat, oleumq; benedictum fideliter ab ecclesia petat, unde corpus suũ ungatur &c.

Obijcit Hæreticus.

Apostolus non potest sacramentum instituere. 1

Porrò dubitatur de auctoritate illius epistolæ. 2

Respondet Catholicus.

De primo. Non uidetur absonũ apostolum autoritate Christi & iussu spiritus sancti instituere sacramentum, At si etiam Christus illud instituit, tamen Iacobus promulgauit.

Etsi aliquando dubitatũ fuerit de illa epistola, an ab alio scripta quã Iacobo, tamẽ canonicã obtinuit autoritatem Hiero. teste, & prima ponitur in canonicis ante Petri & Ioannis & Iudæ epistolas. Quod si ecclesiam non audis hanc epistolã approbantem, iam omnia erũt incerta: quia huiusmodi temerarius, etiam negaret epistolas Pauli.

De Humanis Constitutionibus.

Lucæ. 10. Humana constitutio, Conciliorum & Pontificũ seruanda. Qui uos audit, me audit: et qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.

2. Thessa. 2. State & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonẽ, siue per epistolam nostrã. iubet Paulus seruari traditiones non scriptas.

Actu. 15. Posse homines statuere, indicant apostoli prohibentes ab immolatis Idolorum, sanguine & suffocato.

indicat Paulus, qui tot leges dedit de constituendis episcopis de uiduis, de mulieribus uelãdis, ut nõ prædicent mulieres de nõ deserẽdo cõiuge infideli. Et Paulus homo fuit Act. 14.

Imò semper licuit sacerdotibus & præpositis statuere.

Deut. 12. Deut. 12. Prohibet dominus ne erigatur altare, nisi ubi sit

2. Regũ. 7. arca fœderis, tamen Samuel existente in tẽplo in Sylo, cre-

3. Regũ. 17. xit lapidẽ in Masphat. Et Helias erexit in mõte Carmelo.

Deutro. 17. Si iudicium ambiguum fuerit. *Supra.*

Supra

Supra cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisei, quæ Math.23.
dicunt facite.

Si ecclesiã nõ audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Math. 18.

Laudo uos fratres, quod per omnia mei memores estis, & 1.Cor.11.
sicut tradidi uobis, præcepta mea tenetis, non aũt tradidit
eis omnia in scriptis, ut supra.

Et huiusmodi præcepta tradita in primitiua ecclesia, scripta & nõ scripta, testatur Dionysius ca. 1. de ecclesiastica Dionysius
Hierarchia. Consuetudo in ciuilibus habet uim legis, aut
tõ in usibus ecclesiæ quia consuetudo ecclesiæ ualet contra
contentiosos.

Si quis uidetur contentiosus esse nos talem consuetudinem 1.Cor.11.
non habemus, neq; ecclesia dei.

Super quo ait Hiero. Apostolũ cũ præcepisset mulierẽ
orare uelato capite, præuenit obiectionem, qua quis-
piã ei dixisset, ubi scriptum est, per hoc quod
allegat consuetudinem.

Erunt in nouissimis temporibus illusores iuxta proprias 2.Petri.3.
concupiscentias ambulantes. Hoc faciunt hæretici, qui non
secundũ statuta patrũ uiuũt, sed secundũ propria desyderia.
Hæretici sunt chamitæ deridentes nuditatem matris eccle
siæ quia sine expresso textu scripturæ præcipiunt.

Cum pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire do- Actu.16.
gmata, quæ erant decreta ab apostolis & senioribus, qui
erant Hierosolymis.

Pondera decreta, quod non erat solum decre
tum de cessatione legalium.

Christus non solum dedit potestatẽ plantandi ecclesiã per
predicationem, sed etiã regendi, & gubernandi: modo illa

includit

includit potestatẽ faciendi statuta pro salutari regimine, sicne quibus hic non uiuitur &c.

Actu. 20. Attendite igitur uobis & uniuerso gregi in quo uos spiritus sanctus &c. Policarpus ad Philippen. Subiecti estote presbyteris & diaconis, sicut deo & Christo.

Hierony. ad Lucinũ. Traditiones ecclesiasticæ obseruandæ sunt, ut à maioribus traditæ sunt: unaquæq; pro uincia sensu suo abũdet: & præcepta maiorũ, leges aplicas arbitretur. Extant multi canones in decretis super illa re ex uerbis beati Augu. ca. ecclesiasticarũ c. in his ca. catholica cũ silibus.

Hebre. 13. Obedite præpositis uestris, & subiacete eis.

Obiciunt Hæretici.

Mar. 7. Frustra me colunt docentes doctrinas & præcepta hominũ.

Deu. 4. et 12 Deut. 4. Non addetis uerbũ quod loquor uobis, nec auferetis ex eo.

1. Cor. 7. Empti estis precio, nolite fieri serui hominum.

Ad Gal. 5. Si spiritu ducimini, non estis sub lege

1. Timo. 1. Iusto non est lex posita.

Roma. 4. Lex iram operatur.

2. Cor. 3. Vbi spiritus domini ibi libertas. ad Gala. 4. qua libertate Christus nos liberauit.

Respondent Catholici.

De primo. Christum nom improbasse traditiones hominũ simpliciter, sed quas faciebant cõtrarias legi diuinæ, aut relinquebant legem diuinam, quia ubi supra sequitur. Reliquentes enim mandata dei, tenetis traditiones hominũ, & diæbat illis Bene irritum facistis præceptũ dei, ut traditionem uestram seruetis. Sicut ibi declarat & apud Matheũ, Explicat Paulus

Marc. 7.

Math. 15.

at Pau. Nõ intendẽtes mãdatis hominũ auersantiũ ueritatẽ

Constitutiones uero ecclesiæ, augent altum diuinum, concupiscentiã carnis coherœnt, & ad seruãda diuina præcepta expeditiorem faciunt, ac fraternam charitatem augent. Tit. 1.

¶ Nihil addendũ scripturæ quod corrumpat aut deprauet ipsam, seu cus quando promouet ea quæ in sacris literis sunt mandata uel consulta, nam constitutiones ecclesiæ si nõ sunt in scriptura in ppria forma, tamen emanãt ex ea. Autus soluitur q, ibi phibentur TiKun Zofrim, & illã solutionẽ credo uerã, de quo alibi. De secũdo

¶ Nõ debent fieri serui hominũ, faciendo schismata, ut unus sit Cephæ, Apollo &c. De tertio.

¶ Qui aguntur perfecte spiritu, non sub lege Mosaica, aut coherãna, egent tamen lege directiua, sicut Adam habuit legem in paradiso. De quarto

Iusto perfecta charitate, qui totus regitur spiritu diuino, nõ est lex posita pro ea parte qua est iustus: sed quia caro concupiscit aduersus spiritum, pro ea parte habet legem reformantem. Vel dic ut de quarto. De quinto Ad Gal.

Lex Moysaica iram operatur, si non adiuuamur à gratia, gratia autem & ueritas per Iesum Christum. De sexto.

¶ Libertas euangelica sicut nõ excludit potestatem & obedientiam superioris, ita nec eius statuta, sed libertas illa opponitur seruituti legis Moysicæ, seruituti peccati. Ideo est solum libertas promouet bonum, non excludit constitutiones, quæ similiter promouent bonũ: testatur Paulus. Vos in libertatẽ uocati estis fratres, tantũ ne libertatẽ in occasionẽ detis carnis, sed per charitatẽ spũs seruite inuicẽ. Et. 1. Pe. 2. Quasi liberi et nõ quasi uelamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei. De septimo Roma. 13. ad Gal. 5.

De Festis & Ieiunijs. Non esu carnium & gradibus cõsanguinitatis &c.

VNum diẽ in septimana deo consecratũ, est omnibus obuium.

Exodi. 23. In lege Moysi adhuc instituit deus alia festa.

Tribus uicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.

ibi.. Azimorum primituorum, & frugum.

Ter in anno apparebit omne masculinũ tuũ corã domino deo tuo s. Paschæ, Pentecostæ, & Schenophagiorum.

Leuiti. 23. Mense septimo prima dies mensis erit uobis sabbatum memoriale clangentibus tubis, & uocabitur sanctum. 1. Decimo die mensis huius septimi dies expiationum erit celeberrimus, & uocabitur sanctus. 1. A quintodecimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorũ septem diebus.

Nnme. 28. In calendis aũt idest mensium exordijs offeretis holocaustũ

1. Mach. 4. Et fecerũt dedicationem altaris diebus octo. (domino.

Ioan. 10. Expende Encænia à Machabeo instituta, tamen à Christo obseruata.

¶ Colligamus festos dies Iudæorũ, præter sabbata. septem dies azimorum Paschæ unũ Pentecostes, unum tubarum, unũ expiationis (qui erat in capite anni) septem tabernaculorũ seu schenophagia, septem encæniorũ seu luminum aut dedicationis: Neomenias seu lunationes habebant dies. 12. in Embolismali. 13. collecti dies faciunt. 35. ubi tantum tria sabbata incurrunt.

De secundo. Græci habent uxores, at nullus sacerdos apud Græcos duxit uxorem, sed bene qui duxit uxorem uirginē ordinatur in sacerdotē, q, si uxor moriatur, remanebit uiduus. Coniugatus itaq; efficitur sacerdos, sed sacerdos nunq̄ efficitur coniugatus. Vnde à morte saluatoris nō est auditū, sacerdotem duxisse uxorē: nisi q, iā temere attentant spurij Lutherani.

De tertio. Præcepit hoc deus, quando erat replenda terra, at modo cœlum, tunc paua erant prolificantes, iam innumeri, Vnde lex illa non est de permanentibus, Alioquin Ioannes baptista peccasset, qui uirgo permansit, peccasset Maria, quæ uirginitatem proposuit: peccasset Paulus qui consuluisset uirginitatem. Christus non laudasset eunuchos.

De quarto. Ecclesia non prohibet nuptias, sed quando aliqui sunt uoto obligati, prohibet uotū uiolari, nam ante uotū liberum erat nubere, sicut coniugatus est prohibitus contrahere, sic ecclesia non uult uouentem tradere potestatem sui corporis alteri, quod tradidit Christo. Tales aūt hæretici, quos prædixit Paulus fuerunt Martion, & Manes qui damnauerunt nuptias.

De quinto Paulus non præcepit episcopum esse coniugatum, alioquin nec ipse, nec Titus fuissent episcopi, sed uoluit episcopū esse

digamum, ita Hieronymus & alij. Hinc digamum nũ admittit ecclesia hic edocta à Paulo. Et ita hic modum describit Paulus intrà quem se contineat episcopus, ne ducat secundam uxorem.

Castitas est libera, sed præcepta uouenti, nec tamen repugnat libertati spiritus, sed promouet, nam etiam deus libere producit spiritum sanctum & necessario. De sexto.

Melius est nubere quàm uri, sed bonum est homini mulierem non tangere. Non uult apostolus illum uri: qui à carne tentatur, sed ille uritur, qui à concupiscentiæ flammis supèratur, huic melius esset nubere, quã perpetuo in sordibus uoluptari, dic contrariũ, & Paulum fãtes nubẽtem, quia patiebatur stimulũ. fateor difficile est continere: at regnum cœlorũ uim patitur, & uiolenti rapiũt illud. Tentamur omnes à carne: at fidelis est deus, qui non patitur nos tentari supra id quod possumus, sed fãt cum tentatione proventũ, ut possimus sustinere. Dias uotum illud esse impossibile, Si respias ad naturam, etiã multa alia sunt impossibilia nobis: si respias gratiam dei adiutricẽ, nihil est impossibile: quia possunt capere, quibus hoc datũ est. Nouũ genus tunc tentationes carnis adfert nobis hæreticas, ut saltem desertis carnis obediamus contra totam scripturam. De septimo. De octauo. Math. 11.

De Cardinalibus & Legatis sedis apostolicæ.

CHRISTVS assodauit sibi. 12. apostolos, & 70. discipulos: illos mittebat ubi opus erat. Fecit ut essent xij. cũ illo: & ut mitteret eos prædicare. Marc. 6.

Lucæ. 10. Post hæc designauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem.
Sic Papa sibi adhibet assistentes Cardinales: & forte prius in re discipuli fuerunt Cardinales quàm apostoli.
Bernardus ad Eugenium, hi quoq; tibi continuo assistunt, seniores populi, orbis iudices, collaterales, coadiutores.
Isidorus testatur S. Petrum in urbe Roma delegisse sibi assistentes sacerdotes & diaconos.
In sui enim adiutorium assumpsit Linum, Cletum, & Clementem, Linus crescente ecclesia, presbyteros. 18. & Episcopos 11. consecrauit: sic Cletus, sic Clemens, sic Anacletus fecerunt: Tamen Euaristus primus titulos. 1. ecclesias cis plebibus in urbe Roma presbyteros diuisit: septemq; diaconos instituit, qui Ro. pontificē obseruarēt. Marcellus ancto iam numero titulos quinq; & 20. in urbe constituit, ut baptismo & sepulturæ oportune prospiceret.
In primitiua ecclesia non diebantur nisi presbyteri & diaconi urbis Ro. tamen postea inditum fuit eis nomen Cardinalium ut aliquæ historiæ uolunt sub Pontiano Papa, aliquæ sub marcello, aliquæ sub Siluestro, aliquæ adhuc recentius nomen existimant.
Hinc solent B. Hiero. presbyterum urbis Romæ appellare, non Cardinalem: licet donatio Constantini indicet antiquius fuisse Cardinalium nomen, tamen reijci non potest, quin Stephanus Papa nomine illo usus sit, quando constituit nullum elegi pontificem, nisi ex Cardinalibus.
Inuenio autem tempore Symachi Papæ & Gregorij secundi 64. fuisse titulos in urbe Roma puta Laurentij, Cœliæ, Sixti, Marcelli, Susannæ, Anastasiæ, Mariæ trans tyberim,

Ioannis & Pauli &c.

Ad Conāliū Nicænū Siluester misit Oliū Corduben. episcopum, Victorem & Vincentiū præsbyteros urbis Romæ.

Ad Aphricanum conāliū in quo fuit Augustinus misit Zozimus Papa Faustinum episcopū potentianū, Philippū & Asellum præsbyteros urbis Romæ. In causa appellationis super depositione episcopi decreuit conālium Nicænum, Papā committere causam episcopis uicinis, aut è latere suo præsbyterum mittat. Eæ Legatos à latere tempore conālij Nicæni, ante M. CC. Annos.

Siluester misit ad conālium Arlaten. Claudiū & Habitum præsbyteros, Eugeniū & Quinatū diaconos ecclesiæ Ro.

Tempore martyrū solebant legatos appellare apochrisarios, sicut sanctus Fabianus Papa & sanctus Zepherinus miserunt apochrisarios suos in orientem.

Leo Papa misit ad conāliū Calædon. Paschasium & Lucen. episcopos & Bonifacium præsbyterū Ro. ecclesiæ.

Sub Agathone papa legati ad 6. synodum fuerunt Theodorus & Gregorius præsbyteri Ioannes diaconus.

In septimo synodo legati fuerunt Petrus, Petrus præsbyteri, & Abbas monasterij sanctæ Sabinæ.

In octauo synodo missi sunt Donatus Hostien. Stephanus Ephesinus episcopi, Marinus diaconus ecclesiæ Romanæ, & Anastasius famosissimus bybliotecarius.

Missi fuerant à Leone ad secundam synodum Ephesinam, Iulius episcopus, Hylarius diaconus & Dulatius protonotarius, licet non uoluerint adire synodum, intelligentes dolos Dioscori.

In Sardicen. conālio missus fuit Osius Corduben. (idem qui

in cōcilio Nicæno) cum Fortunatiano Aquilegien. & Vincentio de Capua.

In cōcilio Francfordensi ad Mænū legati sedis apostolicæ præsidētes fuerūt Theophylactus & Stephanus episcopi, quando hæresis Feliciana fuit damnata, quæ usum imaginum in ecclesia prohibebat. Fusius ista reperies libro nostro de primatu Petri.

De Excommunicationibus.

Math.18. POtestatem excommunicandi instituit Christus apud Mathæum loquens de fraterna correctione post alia inquit. Dic ecclesiæ, Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

1.Cor.5. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis uobis & meo spiritu, cum uirtute domini Iesu tradere huiusmodi sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.

1. Timo. 1. Quidā circa fidē naufragauerūt: ex quibus est Hymenæus et Alexāder, quos tradidi sathanæ, ut discāt nō blasphemare.

Aug.q.39. Augustinus in quæstionibus uet. test. Hoc iam in ecclesia dei agit excommunicatio, quod in ueteri lege fuisse legitur interfectio. Et alibi nihil æque formidare debet Christianus, q̄ separari à corpore Chri, loquit de excōmunicatiōe.

Iudicū homelia.2. Origenes. Non solum per apostolos suos deus tradidit delinquentes in manus inimicorū, sed & per eos, qui ecclesiæ præsident, & potestatem habent non solum soluendi, sed & ligandi, traduntur peccatores in interitum carnis, cum

pro delictis

pro delictis suis à corpore Christi separãtur, prosequitur
postea, quomodo homines dupliciter traduntur in potestatem Zabuli.

Ambrosius super Psal. 118. Loquens de excommunicatione subdit. Recte ergo & sacerdos uulnus ne latius serpat à toto corpore ecclesiæ, quasi bonus medicus debet absindere, & prodere uirus criminis, quod latet. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domũ: nec aue ei dixeritis, qui enim dixerit illi aue, communicat operibus eius malis. Sermone. 8. 2. Ioan.

Obiicit Hæreticus.

Excommunicatio non est pœna, sed una declaratio: quia qui per peccatũ excõmunicat seipsum, & postea iudex declarat illum esse excommunicatum. Excommunicatio est medicinalis li. 6. de sen. excom. c. cum medicinalis. Ideo non est timenda, sed amanda.

Respondet Catholicus.

Excommunicatio est pœna inflicta à iure uel ab homine, et non solum declaratio pœnæ, nam clare B. Paulus iudicat Corinthium non traditum diabolo, sed tradendum. De primo.

Porrò q. inquit. quemlibet per peccatum seipsum excommunicare, uerũ est excommunicatione minori, sed illa licet priuet hominẽ gratia diuina, tamen adhuc manet peccator membrum ecclesiæ, & mystico corpori ecclesiæ coniunctus, tãquam membrũ aridum: ut in excommunicatione maiori præsentur de corpore. Et illius geminæ excommunicationis meminit Origenes in illa homelia ij. super Iudicum.

Præterea si etiam per peccatum quis se tradet diabolo, tamen per

men per sententiã ab homine uel à iure latam, diabolus ad hoc maiorem in eo accipit potestatem. liquet de Iuda, quem primo inuasit diabolus, cum iã cogitasset tradere Christũ.

Luce.22. Intrauit autem Sathanas in Iudam (ait Lucas) & abijt & locutus est cũ principibus sacerdotum &c. Et ioan.ait. Cũ

Ioan.14. diabolus misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscarioth &c. tamen postea adhuc magis intrauit & posse dit eum diabolus, eodem Ioanne dicente: Et cum intinxisset panem dedit Iudæ Simonis Scarioth, & post buccellam introiuit in eum sathanas.

De secundo. Excommunicatio est medicinalis, uerum si non contemnatur, nam ex fine datur medicinalis, quia ordinatur ad hũc finem, quod ille resipiscat, & pœniteat. ac satisfaciat ecclesiæ: nullus aũt amabit excommunicationẽ, nisi qui obstinatus magis uult tradi sathanæ quã seruire Christo, Et abeo ecclesia uult haberi, sicut ethnicus & publicanus.

De bello contra Thurcas.

Subexistente rationabili causa, belligerare possunt Christiani in Thurcas, & Hæreticos.

Lucæ.3. Interrogabãt Ioannem & milites dicentes. Quid faciemus & nos? & ait illis. Neminem concutiatis neq; calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs uestris. Liquet quia bellum nõ prohibuit, sed bellantibus modum imposuit.

Roma.13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non enim potestas nisi à deo. 1. Si autem malum feceris, time: nõ enim sine causa gladium portat, dei enim minister est, uindex in iram ei qui male agit.

Hiere.48. Male dictus qui prohibet gladium suum à sanguine.

Et totum

Et totum uetus testamentum plenum est, quomodo iussu & auxlio dei. Iudæi non modo restituerunt infidelibus, sed etiam eos inuaserunt.

Hæc dicit dominus exercituũ (.ait Samuel ad Saul.) Recensui quæcunq; fecit Amalech Israeli, quomodo restitit ei in uia cum ascenderet de Aegypto: nũc ergo uade, & percute Amalech & demolire uniuersa eius, Non parcas ei, & nõ concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à uiro usq; ad mulierem, & paruulum atq; lactantem, bouem & ouem, camelũ & asinum. Quis tam fuit cõsiliarius domini, aut quis nouit sensum eius, quando sit tempus, ut uelit puniri Thurcas per Christianos, sicut puniuit Amalechitas per Iudæos. 1. Regũ. 15.

Augustinus ad Bonifacium Comitẽ, utile tibi tuisq; dabo consilium, arripe manibus arma, oratio aures pulset autoris. Et contra Faustum Ordo naturalis mortaliũ pacì accommodatus hoc posit, ut sui sapiendi belli autoritas atq; consiliũ penes principes sit. Principibus dicitur. Eripite pauperẽ & egenum de manu peccatoris liberarẽt. Cur tunc liberarent de manu Thurcæ, Maxime attento eo, quia magnificat & exaltat cultum Machometi sui, in iniuriam creatoris nostri, & quod certã prolẽ sibi placentem aufert, in ritu Machumetico nutrit, in perpetuam seruitutẽ hinc gloriosissimus Carolus, Gotfridus, Alphonsi, Ferdinandi, & alij infidelium destructores. Epla. 194.

Obiicit Hæreticus.

Bellare contra Thurcas est repugnare uoluntati spiritus, uisitanti iniquitates nostras per illos.

Christianus oratione pugnet, non gladio.
Math. 5. Prohibetur defensio, ne nos oppugnamus angariantibus nos.

Respondet Catholicus,

Etiam si Deus uisitet iniquitates nostras per Thurcã, tamẽ per hoc non inhibet nobis defensionem, alioquin cum nos uisitet per famem, pestem, ignem, bella, morbos: non congruerit nobis ulla prouisio contra famem, ulla medicina cõtra morbos, ulla fuga contra pestem.

Psal. 88. Ita enim deus uisitat suos, ut non derelinquat, Visitabo in uirga iniquitates eorũ, & in uerberibus peccata eorũ misericordiam aũt meam non dispergã ab eo, neq; nocbo in ueritate mea.

De secundo Exodi. 17. Fateor iustum bellatorẽ pulsare Deũ orationibus, attamen arma in manu capiat cum Machabeo, nam Moyse orante in monte, Amalech uincatur gladio Iosue, Orent qui domi manent, alij arma in Thurcas ferant.

De tertio. Ex consilijs & operibus perfectorum Lutherani fatuunt præcepta, & cum adeo amari sint, ut nec uerba possint pati Catholicorũ etiam pia, serui iniquitatis uolunt ut uerbera patiamur Thurcarum, desolationẽ templorum uiolationem uirginum. &c.

Sperandum est potius post tot ærumnas & calamitates Christianitatis, amissis duobus imperijs & 50. regnis deus tandem misereatur nostri, & decantemus gaudenter. Filia Thurcæ misera, beatus qui retribuet tibi retributionem quam retribuisti nobis.

De Immuni-

Nolite tangere Christos meos. Psal. 104.

Quis extendet manũ suam in Christum domini. hoc dixit de unctione regis, quid de unctione sacerdotis. 1.Reg.26.

Ignatius ad Philadelphien. Primapes subditi estote Cæsari militer Primapibus, diaconi præsbyteris, ut sacrorũ administratoribus, præsbyteri uero & diaconi atq; omnis clerus simul cũ omni populo & militibus atq; primapibus, sed et Cæsares: obediant episcopo, Episcopus aũt Christo, sicut patri Christus, & ita unitas per omnia seruatur. Ioan. euan. discipulus.

Ignatius ad Schmyrnen. Sacerdotum summa est omnũ bonorũ, quæ in hominibus constant, q. si quis inhonorauerit, deũ inhonorat, & primogenitũ totius creaturæ.

Iosue diuisit sacerdotibus & Leuitis 48. ciuitates ad habitandum, & ut Hieronymus ad Fabiolam ait. Octo mullia leuitarum alenda in singulos dies. Iosue.21.

Quis militat stipendijs suis unquã? quis plantat uineã, & de fructu eius non edit.?. scriptũ est in lege Moysi. Non alligabis os boui triturãti.?. Si nos uobis spiritualia seminauimus: magnum est, si nos carnalia uestra metamus. 1.Cor.9.

Vet. testa. habuerunt decimas, primogenita, primitias, partes de uictimis, oblationibus & sacrificijs.

Christus habuit procuratorẽ Iudam, qui loculos habebat, & portabat ea quæ mittebantur. Ioan. 13.

Iohanne uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Lucæ.8.

Quotquot enim possessores agrorũ aut domorum erant, Actu.4.

uendentes offerebant pretia eorũ, quæ uendebant, & ponebant ante pedes apostolorum. Vnde in primitiua ecclesia fiebant collectæ pro sustentatione cleri, quibus deficientibus suæ asserunt beneficia.

1. Timo. 3. Oportet episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirũ, sobriũ, ornatum prudentem, pudicũ, hospitalẽ &c. & quomodo possit esse hospitalis si nihil haberet.

Gregorius Ciriaco Constantinopolitano. Quisquis in loco reginimis est, aliquando necesse habet etiam terrena cogitare, & exteriorũ quoq; curam gerere, ut grex communis ualeat ad ea, quæ sibi sunt explenda subsistere.

A pastoribus lex creuit in regalem maiestatem.

A piscatoribus Euangelium creuit in imperialẽ maiestatẽ.

Et in regstro Gregorij passim reperiuntur epistolæ de administratione temporaliũ, unde etiam illo tempore habuit præfectos ærarios in Sicilia & prouincia, ut manifestũ fiat etiam tempore Gregorij fuisse patrimoniũ Petri. In epistola Clementis. Si qui ex patribus negotia habent inter se, apud cognitores seculi non iudicentur, sed apud præsbyteros ecclesiæ, quicquid est derimatur, & omnino obediat statutis eorum.

Concilii Carthagin. Placuit, ut quicunq; clericus ab imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit, honore proprio priuetur.

Gaius papa martyr statuit. Ne laya sacris iniciatos, coram seculari iudicæ conueniant.

Dionysius ad Demophilum de correctione episcopi. At si quis forte inter ipsos à recto tramite deuiauerit, is ab æquibus atq; sui ordinis sanctis corrigatur, ut nõ ordo in ordinem ruens

dinem ruens cuncta permiscæat, sed unus quisq; in suo ordine, suoq; officio maneat.

Origenes qui tempore martyrũ uixit, ubi adhuc erant imperatores gentiles.

In homilia 20. super Lucã. explicat subiectionem præsbyteri ad episcopum, sicut Ieſus fuit subditus parentibus.

Iulianus apoſtata, Christo aduersarius, clericis subtraxit omnia priuilegia & honores.

Quæ piissimi imperatores Catholici Constantinus, Theodoſius, Marcianus, Valentinianus, & alij religioſi animi principes decreuerunt: quia sunt omnibus obuia C. de sacroſanctis eccleſijs, & de clericis & epiſcopis. Ideo referre poſtponimus. Archadius Hono. gra.

Constantinus imp. in concilio Nicæno noluit accipere libellos contra epiſcopos, & dixit. Vos dij eſtis à uero deo conſtituti, Ite & inter uos cauſas diſponite, quia dignum non eſt, ut uos iudicemus deos.

Petrus primæps apoſtolorum non refutabat sumptus. Ambroſius ſupra prima ad Corinth. 9.

Obijcit Hæreticus.

Christus paſſus eſt ſe iudicari à iudice laico Pilato, & teſtimonium perhibuit ei, quia haberet ſuper eum poteſtatem deſuper. Itaq; Christiani ſacerdotes non debent refugere iudices laicos. Obijcit de opibus non poſſidendis auri & argentum in crumenis ueſtris. Math. 9.

Reſpondet Catholicus.

Egregiam rem moliris, ut omnes iudices Chriſtiani ſunt Pilati & Herodes: Chriſtus manifeſte obiecit peccatum Pilato, quia

lato, quia is qui tradiderat eum maius peccatum habebat: Quod autem dixit Pilatum habere potestatem desuper, Si ad deum referatur, accipitur permissiue: permisit deus hoc Pilato: oblatus est enim quia uoluit.

Non possideatis aurum & argentum in crumenis uestris, dehortatur Christus tenacitatem possessionũ nomine, non aurũ & argentum, alioqui cõtra seipsum dixisset qui ipse loculos habuit. Et Lucæ. 22. Sacculum peram & gladium habendum præcepit.

De Indulgentijs.

QVia indulgentiæ sunt duntaxat satisfactoriæ, pœnæ pro peccatis debitæ: ostendamus aliud esse meritum, aliud satisfactionem.

Philip. 2. De merito Christi dicitur. Propter hoc deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Ecce quid meruit sibi.

Lucæ. 22. Matth. 26. De satisfactione eius dicitur. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo: qui pro uobis effundetur in remissionem peccatorum, ecce quid meruit nobis.

Leui. 4. De offerente hostias pro peccatis dicitur. Et rogante pro eo sacerdote, propitius erit ei dominus. Non de culpa, sed de pœna, nisi per interæssionem.

Colosen. 1. Nũc enim gaudeo in passionibus meis pro uobis & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia.

Expende catholicæ, quia misericordiæ sanctorum adiunguntur dæ sunt pressuris Christi, ad cõmunem ecclesiæ utilitatem. Et est iste thesaurus meritorum, de quo dicit ecclesia, precibus

sta, precibus & meritis sanctorum. Nam q. Paulus adimpleuit, quis negabit de alijs sanctis crucem Christi portantibus & eum sequentibus.

Cui donastis aliquid & ego. Non donauit culpã, sed pœnã. 2. Cor. 2.

Certũ est Gregoriũ magnum dedisse indulgentias ante D. CCCC. annos, & ita postea obseruatũ per omnẽ ecclesiã. Mirantur hæretici, quia papa remittit tertiã & mediã partem pœnarũ, aut plenarie indulgeat, Cũ ipsi nõ uereẽtur asserere, quẽlibet sacerdotẽ à culpa et pœna absoluere: ipsi remittũt totã pœnã, & nolũt papã remittere partem.

Indulgentiarũ Euangelij figura fuerũt iubilei in ueteri te- Leuit. 25.
stamento. De his sumus contenti, eo quod habeamus solidum fundamentum in S. Paulo, ne credamur diligentiores eis causa lucrosa.

Porrò quod uniuersa recepit, credit, & tenuit ecclesia, quo modo posset esse in fide erroneũ, at uniuersas ecclesiæ per mundũ dispersa recepit indulgentias à tempore Gregorij magni (nisi q. in paucis hæreticorũ angulis alicubi inperuerunt reijcere) Et conalia generalia approbauerunt, sicut sacrũ conalium Lateran. celeberrimum sub Inno. iij. in quo & saluberrima constitutio omnis utriusq; edita est, licuit autoritatẽ minorũ prælatorum in concessione indulgentiarum: Et sacrum conalium Viennense approbauit indulgentias Vrbani quarti pro uenerabilis Eucharistiæ ueneratione: Et omnis ecclesia ex Germanis, Gallis, Hispanis, Italis, Anglis, Hungaris, Polonis, Daas. Scotis &c. reuerenter susæpit iubileos in Roma à Ro. Pontificibus cũ plenarijs indulgentijs celebratos.

De Purgatorio

PVrgatorium esse, satis constat ex scriptura, eccle sia & patribus.

1. Cor. 3. Si quis super ædificat super fundamentum hoc aurū, argentum, lapides prædosos, ligna, fœnum, stipulā, uniusuiusq; opus manifestum erit: dies enim domini declarabit, qui in igne reuelabitur, & uniusuiusq; opus quale sit, ignis probabit: Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic quasi per ignem.

Liquet facientem etiā opera cremabilia, sicut patet in die iudicij particularis uniusuiusq;, cum tamē saluū fieri per ignē, nō inferni, quia ibi nulla est redemptio.

Sic intellexerūt illum locū Pauli Beatus Ambrosius, B. Hieronymus, B. Augustinus, B. Gregorius, Aluinus.

Math. 5. Iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris, Amen dico tibi, nō exies inde: donec reddas nouissimū quadrantē.

Hunc carcerem B. Ambrosius intelligit purgatorium.

Math. 12. Qui dixerit uerbū contra spiritum sanctū, nō remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. B. Gregorius illa uerba ponderat & dicit. De quibusdā culpis ante iudicium purgandis, ignis credendus est, pro eo q, ueritas dicit. qui dixerit uerbū contra ſſ. &c. in qua sententia datur intelligi quasdā culpas in hoc seculo, quasdā i futuro posse relaxari. Ita etiam intellexit B. Bernhardus super Cantas.

2. Mach. 12. Iudas Machabæus facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymā, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, Bene & religiose de resurrectione cogitans, nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, uanum

uanum uideretur & superfluũ orare pro mortuis &c.
Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis orare,
ut à peccatis soluantur.
Is liber est in canone ecclesiæ ut testatur prologus ei præ-
fixus & B. Augustinus 18. libro de ciuitate dei, & canon
conalij Carthagin. licet non fuerit inter canonicos libros
habitus apud Iudæos, ut testatur B. Hiero. in galeato pro-
logo. Sequitur negantem libros Machabeorum esse canoni
cos, nõ esse filium ecclesiæ, sed spurium synagogæ.
Et Luther met fatetur se fare esse purgatoriũ in disputatio-
ne Lipsica, quomodo ergo rem tanti momenti, sicut est pur-
gatorium, spiritus sanctus non reuelauit in scripturis.
Græci hanc hæresim recognouerũt & abiurauerũt in con
cilio Florentino.
Et omnem creaturã, quæ in cœlo est, & super terram & A po. 5.
subtus terram, & in mare, & quæ in eo sunt, omnes audiui
dicentes. Benedictio sedenti in throno & agno, bene-
dictio & honor, & gloria, & potestas in scula sæculorũ.
Tripliciem hic ponit ordinẽ laudantiũ deũ. s. in cœlo bea-
torũ, in terra iustorum, sub terra purgandorũ, quia damna
ti non laudãt deũ, nec benedicunt sedentem in throno.
Augustinus in lib. de cura pro mortuis agenda approbat
suffragia pro mortuis facãda autoritate ecclie, Hæc suffra li. 9. confessi.
gia petijt Monica mater Augustini, ex altaris sacrificio.
B. Ambrosius de obitu Theodosij meminit, aut in eccle sia
dei peragatur primus, septimus, triæsimus defunctorũ.
Damasæus affirmat morem orandi pro defunctis ab
apostolorum traditionibus manasse.
Augusti. q. 1. de Dulacii questionibus, testatur purgatoriũ.

ca. 7. eccles. hier. Dionysius inquit. Quod aũt iustorũ preces etiã in uita ista, & nedum post mortem, ijs solis prosint, qui digni sunt, scriptura nos edocet sacro sancta traditio.

Vide libros iiij. Eccl. de purgatorio.

De Annatis.

ANnatas id appellant in curia Romana, quod ordinarij locorũ nominant medios fructus, & pro cõfirmatione episcopi, solent appellare, redemptionẽ pallij: cum tamen proprie solus episcopus Bambergen. in Germania habeat pallium, & archiepiscopi.

Nume. 18. ¶ Filijs aũt Leui dedi omnes decimas Israël in possessionem pro ministerio, quo seruiũt mihi in tabernaculo fœderis. Et .i. præcipe Leuitis atq; denunda, cũ acceperitis à filijs Israel decimas quas dedi uobis, primitias earum offerte domino: ideſt decimã partem decimæ, ut reputetur uobis in oblationẽ primitiuorum, tam de areis, quã de torcularibus, & uniuersis, quorũ acceptis primitias offerte domino: & date ea Aaron sacerdoti.

In uete. igitur testamento Leuitæ & sacerdotes accipiebãt decimas: & Aaron summus sacerdos accipiebat decimã decimarũ. Descendũt ergo annatæ de iure diuino, quia succedunt in locum decimæ decimarum.

Ioan. An. ¶ Annatarũ meminit Ioan. Andreæ in ca. inter cætera de offi. ordinarij post Hostien. quem citat in huiusmodi sententia. dicit hic Hostien. quod Romanã ecclesiã in annatis exigendis, ubi alioquin nullum ius haberet, excusat necessitas, quia nec de suo posset omnibus prouidere. Et .i. Id iam est de antiquissima consuetudine obtentum. Postea refert quomodo pluries clamauerit, in tantum, quod super eo fuit ser-

mo in Con-

mo in Conalio Vienn. aut præsedit Clemens .5.

¶ Sequitur errasse Platinā & Blondū. & quosdā consarcinatores grauaminū Germaniæ, nam inuentum annatarū tribuunt uel Ioanni 22. uel Bonifacio .9. uel Conalio Constantien. quod Germani faciunt. Quia Clemens .5. præcessit Ioannē 22. & Bonifacii .9. Et is tamen non inuenit annatas, sed inuentas approbauit ex antiqua consuetudine, Et certe isti duo testes Hostien. & Ioannes Andreæ frangūt mendacia eorum ecclesiastica status.

In Constantien. conali. non fuerunt institutæ annatæ, ut nugantur Centones Germanorum aliquorū, sed quia aliquæ ecclesiæ decreuerūt in temporalibus, fuit constitutū, ut illæ ecclesiæ sic depauperatæ reducerētur ad iustam taxam, secundū ualorem ecclesiæ currentē. Ideo magis confirmauit annatas. Vnde nullus adhuc publicauit uere, quādo annatæ fuerint inuentæ: ideo bene dicunt præfati annatas, rem esse antiquissimam.

¶ Sequitur si sacerdotes & episcopi uellent negare annatas summo pontifici, tunc eadē facilitate laya negarent decimas sacerdotibus, & sacerdotes recusarent medios fructus dare episcopis: unde ex ecclesia sacremus Babylonem. Id quod strennue contendunt Hæretici, & eorū adhærentes, diuina humanaq; omnia commiscentes.

De Hæreticis comburendis.

PRima pœna hæreticorū in no. te. fuit excōmunicatio. Tito .3. Hæreticum hominem post unā & secundā correptionē deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delinquit cū sit proprio iudicio condemnatus. Eccle. 1. Peruersi difficile corriguntur.

¶ Paulus nouit hæreticos esse incorrigibiles, ideo nō iungē
tur scripturis, nō persuadentur rationibus.

Euseb. li. 4. Ioannes Euangelista cū in balneis Chernitū hæreticū repe
risset, mox exilijt ad discipulos dicens, fugiamus hinc, ne et
balneæ ipsæ corruāt, iqbus est Chernitus ueritatis inimicus.

Deutro. 17. Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo
tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis mo
riatur & auferes malum de Israel.

Hæc ratio legis adhuc militat, ut auferamus malū de medio
Roma. 16. ecclesiæ. Rogo uos fratres, ut obseruetis eos qui dissensio
nes & offendicula præter doctrinā quā uos didicistis face
unt, & declinate ab illis, huiusmodi enim Christo domi
no nostro nō seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermō
nes & benedictiones seducunt corda innocentium.

Lupus bene aræri debet, sed si aliter non potest cōsuli sa
luti gregis, lupus etiā interimendus est, Hæretici aūt sunt
Math. 7. lupi dicente Christo. Attendite à falsis prophetis qui uenīt
ad uos in uestimentis ouiū, intus uero sunt lupi rapaces.

Deut. 13. Si surrexerit in medio tui prophetes &c. Propheta aūt ille aut fictor somniorum interficietur.

Ioan. 2. Iesus cum fecisset quasi flagellū de funiculis, omnes eiecit de
templo, oues quoq; & boues, & nūmulariorum es effudit, & mensas subuertit.

Si hoc nūmularijs, quid tunc hæretiās faceret.

1. Timo. 2. Doctrina hæreticorū noxia uianis, quia sermo illorum ut
Actu. 5. lut cancer serpit. Saphyra & Ananias à primæua
nascentis ecclesiæ, propter pusillum pecuniæ, à Petro morte
mulctati sunt, quanto magis hæretici animas defraudantes
à successore Petri morte mulctentur.

Augustinus

Augustinus de pœna hæreticorum. Cogunt multas inue-
nire medicinas, multorum experimenta morborum.

Aliquando libri mathematicorũ & hæreticorũ fuerunt cõbusti, sicut Augustinus super Ioanne dicit factum suo tem-
pore, Combusit Gelasius Papa Anno domini 4 9 6. Comburi li bros.

Et tempore apostolorũ cõburebantur libri curiosi, quanto magis hæreticã. Inquit enim Lucas: Multi ex eis qui fuerãt curiosa sectati, contulerũt libros & combusserũt eos corã omnibus, & compuatis precijs illorũ, inuenerũt pecuniã denariorum quinquaginta millium. Actu. 19.

Aliquando ubi nulla potestas Christianis erat animaduer-
tendi in corpora, hæreticorũ pœna erat excõmunicatio ut supra ex Paulo, & Cyprianus monet cũ hæretias nõ lo-
quuri mulctari, Gelasinus papa exilio damnauit hæreticos: Augustinus refert singulos hæreticos decẽ libris (quendã. Ad Bonifa.

Hieronymus docet resecandas esse putridas carnes. Et B. Ambrosius Hæresis uelut quædã hydra fabularũ uulneri-
bus suis creuit, & dũ sæpe reciditur pullulauit, igni debito, mœndioq; peritura. Augustinus lib. ij. contra epistolam Gaudentij de hæretias inquit. Hoc hominum genus per imperatoriam auram corrigi debet. libri. 1. de fi de ca. 4.

Et super Ioannẽ ad longum docet imperatores & primã-
pes catholicos bene facre, q, uantur gladio contra hæreti-
cos, debent enim hæretiã affligi & eiã à primapibus, sicut Agar fuit afflicta à Sara, quando Ismaël ludit cum Isaac.

In promptu habentes ulasã omnem inobedientiam. 2. Cor. 10.

Vtinam abscindantur, qui uos conturbant. Ad Gala. 5.

Hæc quàm feruide optat illos abscindi, q, si primipes tunc
essent Christiani, sine dubio obedissent desiderio Pauli.

Super Ioan. Augustinus inquit. Nullus nostrum uult aliquē hæretiam
2. Regū. 18. perire, sed aliter nō meruit habere pacē domus Dauid, nisi
Absolon filius eius in bello esset extinctus: sic ecclesia, si
aliquorum perditione cæteros colligit, dolorem materni
sanat cordis, tantorū liberatione populorum.
Leuiti. 4. Educ blasphemum extra castra, & lapidet cum omnis po
pulus, aut non & hæretiam.
Eusebius. Constantinus Impe. Arrium cum adhærentibus damnauit
in exilium, quia nolebat adhærere conalio Nicæno.
C. de hæret. Theodosius imp. puuuit hæreticos Manichæos omnium bo
l. maniche. norum possessione, & omni succæssione priuauit, admisit
l. Arriani. desuper inquisitionem fieri post mortem.
Idem decreuit cum Valentiniano, ne Manichæi in sola Roe
ma. conueniendi morandiq; habeant facultatem, deœrnit
quoq; eos ultimo supplicio tradendos.
l. quicūq;. Idem statuit libros hæreticorum diligenti studio inquiri ac
publicæ cōburi. Valentinianus & Marcianus omnes dam
nauerunt hæreticos, & perpetua deportatione damnauc
runt tenentes libros contra Calædon. conalium, Vltimo
supplicio oeræri mandarunt illiata doœntes, & denuo li
bros mandant comburi.

Comburatur itaq; Luther cum libris suis
& adhærentibus & fautoribus.
Aut quod deus per misericordiam suam
donet conuertantur & uiuant.

Obiciunt Hæretici.

1 Apostoli nunquā petierunt à principibus terræ ut uim in
ferrent hæretiis.
2 Euangelium & Paulus nihil huiusmodi doœnt.

Disputandum

Disputandum est cum hæreticis, & gladio spiritus uincendi sunt, quod est uerbum dei.

Diluuntur per Catholicos.

¶ Hanc obiectionē mouerunt Donatistæ contra Catholicos, ut testatur Augustinus super Ioan, & alijs pluribus locis, & respondet. Quis tunc in Christū crediderat imperator, quod ergo non fuit petitū ab apostolis, non fuit quia hæretici nō mererentur, sed quia gladius gentiliū principū & imperatorū nondū seruiebat euangelio, at mox Cōstantinum baptisatū implorabant catholici contra Hæreticos: Nam si imperatores puniūt furta, homicidia, rapinas adulteria, periuria, aut non punirent hæreses & sacrilegia? De primo.

¶ Deuit fidem Euangelij, sicut nascendo, nō iniit humanæ sapientiæ, ita nec humanæ potentiæ, usq; quo diadēmata regum se inclinarent saluatori: attamen Paulus desiderabat absandi eos, qui conturbabant fideles. De secundo.

De tertio.

¶ Dixit Petri autoritate doemur esse parati reddere rationem omni posceti de ea, quæ in nobis est fide, tamē Paulus satis indicat post alterā correptionē deuitandū hæreticū, nō cū eo disputādū, et assignat clarā rationē huius, qa subuersus sit. Huius rei peritus Tertullianus latissime ostendit, nō disputandū cū hæreticis: quia potius sit standū fidei antiquorū, quā disputandū de scripturis. Et pluribus hanc rē agit, omnino depingēs Lutherum, quomodo tractet sacras literas, At latius hic agamus, cū hæretico non disputandū. 1. Pet. 3. Tit. 3.

De præscripti. hæreticorum.

Non disputandū cū Hæreticis.

Quamuis de Luthero & Lutheranis non sit dubiū, quin sint hæretici damnati, & pro talibus habendi, quia ipsi re-

uocant hæreses sæpe damnatas, Arrij, Manichei, Heluidij, Iouiniani, Vigilantij, Eutices, Felices, Albigensiũ, Valdensiũ, Ioannis Vicleph, Ioannis Husz, & aliorũ hæreticorũ: ideo contra eos non est disputandum.

:. maiores 14.q.1. Nam Gelasius Papa inquit. Maiores nostri diuina inspiratione œrnentes necessario precauerũt, ut quod contra unãquanq; hæresim, coacta semel synodus pro fide cõmunione, & ueritate catholica atq; apostolica promulgasset, non sinerent nouis post hac retractationibus mutilari, ne prauis occasio preberetur, quæ mediãaliter fuerant statuta pulsandi, & ea quæ sequuntur.

l. nemo c. de sum. trin. et fid. cath. Idem uoluit Marcianus Impe. Iniuriã fãæt iudicio Reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita, reuoluere & publice disputare contenderit &c.

Præterea hæretici non quærũt disputationẽ, nisi multis malicijs inuolutam. Nã pleriq; eorũ adeo pertinaces sunt, ut libere promittant se articulos usq; ad mortẽ defensuros, quare liquet eos esse incorrigibiles obstinatos, et pertinaces & qui non sint doabiles dei, sed inuitantur proprie prudentiæ, & ponant obstaculum spiritui sancto.

Iterum patet de Lutheranis hæreticis, quod fraudulenter obtendũt disputationẽ, nã quærũt disputare, nõ corã doctis & literatis ac in Theologia exercãtis, sed coram indoctis, uulgaribus layãs, quorũ capacitas se nullo modo extendit ad iudicanda huiusmodi mysteria fidei. Nam quomodo hæretici uenirẽt ad disputationẽ corã doctis, cũ fãæt Theologos studiorũ generaliũ Galliæ, Hispaniæ & Angliæ cõtra eos concluisse & studia generalia Germaniæ quæ fuerunt famata in Theologia, ante ortum huius hæresis, similiter

damnasse

damnasse Lutherum.

Addatur his, q. in disputando finem intendũt peruersum
scilicet, q. ad se trahant laycos, alioquin clericis oppido in-
festos, & illos in odium cleri amplius accendant.

Præterea articuli Lutherani sunt huiusmodi, ut si in dispu-
tationẽ proponantur, tam mysteria fidei nostræ, auctoritas
ecclesiæ & conciliorũ ludibrio exponatur, Nã quod scan-
dalum oritur non modo apud simplices fideles, sed & apud
Iudæos & infideles. Si audierint ea in fide nostra in dubiũ
uocari, quæ à sanctis patribus & conciliis ante M. annos,
ante M. & CC. ante M. & CCC. fuerunt constituta & de-
creta, & ab ipso apostolorum tempore, quis uel micam ha
bens fidei uel prudentiæ, ista poterit inducere disputanda,
coram frigidis & male sentientibus laycis.

Et quia dum cõstat de eorũ subuersione & pertinacia (no
lunt enim admittere aliũ iudicẽ, quã scripturã, quam uolũt
interpretari secundũ propria capita) clare apostolus Pau-
lus interdixit disputandum cum his.

Noli uerbis contendere, ad nihil enim utile est, nisi ad sub- 2. Timo. 2.
uersionem audientium.

Stultas & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia gene ibidem
rant lites. Stultas aũt quæstiones & contentiones & pu Ad Tit. 3.
gnas legis deuita, sunt enim inutiles & uanæ.

Quo fit ut si non idoneus iudex detur, nunq; sit finis dispu
tandi, idoneũ aũt iudicẽ nõ recipit hæreticus, quia propriũ
est hæreticorũ ait Aug. cõtra Faustũ, fugere disputationẽ.

Nam semper reperiũtur temerarij, pertinaces & protero- libro. 22.
ri, qui nullã satisfactionẽ solutionis recipiunt, sicut Moysi
restiterũt Iannes & Mambres, ita hæretici resistunt ueri- 2. Timo. 3.
tati, homines

tali, homines corrupti, mente reprobi circa fidem, sed ultra non proficient.

Catholicã ergo debent uitare disputationem cũ huiusmodi, quia honor est ait sapiens, homini, qui separat se à contentionibus, nisi ubi idonei darentur iudices, tunc enim ut manifestaretur gloria dei, tueretur ueritas catholica, & hæresis perfidi confunderentur esset omnino disputandum, sicut Paulus disputauit. Actu. 17. & 20.

Prouer. 20.

Et ubi disputationis sententiã susãpere & pati uolunt hæretici, tot adhuc sunt Catholici uiri, quorum unusquisq; gladiũ habet accinctũ super femur suum, qui adoriantur hæreticos, sicut Dauid Goliam, in nomine domini exercituũ, dei agminum Israël.

Et ueritas sub iusto iudice uincat.

AD LECTOREM.

Habes lector Christiane breui manu absolutos locos communes pro ueritatis catholicæ defensione obiter tractatos, quod si nostrũ hũc laborẽ utilem tibi, utilem ecclesiæ agnoueris. Curabimus quantotius & plures & uberiores locos edere. At qui sine cortice natant, meminerint simplicibus hic sudatum & occupationibus obrutis, quibus non uacat heroës euoluere Angliæ Regem Roffen. Catharinum, Fabrum, & Emserum. Interea orationibus me iuuato. Vale.

Cracouiæ per Hieronymũ Victorem. An. 1. 5. 25.

REVERENDO IN CHRISTO
patri D. Ioanni Mattheo. Episcopo Veronen. ac S. D. N. à consilijs. Ioannes Eckius S. D. P.

PEssimã esse Reuerende Præsul Lutheri & assecl arũ hæresim, ex eo fit perspicuũ, qd'nõ una aõe, ueteriõre hæreticorũ, sanctã dei ecclesiã impetit, sed uelut quinquaginta atris inmanibus hyatibus hydra, numerosum malum, in plurima excreuit capita: Huic heroës Christianismi defensores, pluribus pharmacis & remedijs occurrerunt, sicut eruditissima ac amplissima Serenissimi Angliæ regis D. Henriã. s. Ioannis Episcopi Roffen. Fabri. Emseri. Catharini. Coclæi. & aliorum, ponentium se murũ pro Israël, edita scriptura testatur. Verum cum non omnibus uacet ampla illa reuoluere uolumina, uel per nimias occupationes, uel tarditate ingenij: decreui cum Moabitide spicas colligere post terga messorum. Non quod manus eorũ fugerint. Cum omnẽ lapidẽ sublimes isti uiri contra Hæreticos mouerint: sed quod ex uasto librorũ illorum agro, paruos manipulos delegerim, quibus in ordinẽ constitutis, pariter & occupatis & simplicioribus consulerem quod breuitas potissimum prosit, ut ato dicta perapiant animi docales, teneant q; fideles. Cuius te quoq; uolui partiapẽ esse, uirũ profecto dignissimum qui domino apostolico consilio, opera & integritate assistat. Communẽ etiã hunc faõas rogo uiro incomparabili. D. Nicolao ex nobili Schembergiorum Germanorũ familia, archiepiscopo Capuano. Me uestro cõmẽdo patrocinio. Valete in domino salutis nostræ authore.

Vergil.

Hora.